Tratados 12.

Hecho entre Varios.

1. Discursus historicus super Ferdinandus III & Alphonsus X Reg. Castel.
2. Por el Arzobispo y Cabildo Ecco. de Sevilla sobre los diezmos de la [illegible] de [illegible]
3. Por los mismos con el Fiscal de S. M. sobre diezmos
4. Por la Sta. Yglesia de Cadiz con el Fiscal de S. M. sobre tercias reales
5. Por la misma con los Jesuitas sobre diezmos
6. Por id. con los Criadores de Obejas.
7. Por el Colegio de la Compª de Jesus de la Higuera sobre adquisicion
8. Por el Cabildo de Sevilla con el Monasterio de Cartuja sobre diezmos
9. Por el Monasterio de S. Geronimo de Buenavista con la Catedral de Sevilla sobre id.
10. Manifiesto del Monasterio de S. Ysidro del Campo al Cabildo de [illegible] sobre id.
11. Por el Marques de Velez con Bernave Perez y Juan [illegible] sobre [illegible] Lorenzo [illegible]
12. Por los Capellanes de Sta. Maria de Lora del Rio con el Baylio de la misma.

12.

1

Discursus Historicus.

In quo per rerum gestarum Seriem demonstratur S. Regem Ferdinandum III. & Alphonsum X. cognomento sapientem illius filium, eorumque Prædecessores Castellæ, & Legionis Reges habuisse ius disponendi de decimis Terrarum, quas è Saracenorum manibus recuperabant.

IN celebri controuersia diù per varia Hispaniarum Tribunalia, & postremò in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio agitata in duabus diuersis Causis, altera Hispalen. Decimarum de Xeres, & altera de Oliuares nuncupatis vertentibus, Prima inter Insignem Archiepiscopalem Ecclesiam Hispalen., & Carthusiam Ciuitatis de Xeres, & secunda inter eandèm Ecclesiam, & Abbatem Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi de Oliuares super exactione Decimarum Ecclesiæ Hispalensi debitarum quam Carthusia ex prætensis Indultis Apostolicis, & Abbas ex particulari dismembratione territorij à Diæcesi Hispalensi, eiusque respectiuè assignatione sibi factæ per San. Me. Vrbanum Papam Octauum vindicare, contendebant, plures in vtraque Causa prodierunt resolutiones Archiepiscopo, & Capitulo fauorabiles, nempè duæ Decisiones vna cum Sententia in prima coram R. P. D. Calataiù, & aliæ plures cum duabus Sententijs in secunda; altera lata coram Reuerendissimo Bourlemont hodie Archiepiscopo Carcassonensi, & altera coram R.P. D. Vicecomite fundatæ in varijs rationibus, & signanter in illa, quod huiusmodi Decimæ, vt potè competentes Ecclesiæ prædictæ speciali iure donationum sibi factarum à Ferdinando huius nominis tertio Sanctissimo Legionis, & Castellæ Rege, & ab Alphonso eius filio Sapientis cognomine insigni, non cadant sub generali exemptione, & respectiuè concessione iuris illas exigendi à proprijs Colonis, quam sibi factam prætendunt Carthusiani, minusque sub dismembratione, & assignatione territorij facta Abbati.

Verùm quia postmodum in Causa de Oliuares fuit per duas Decisiones æditas in tertia instantia cum subsequuta sententia coram eodem D. Bourlemont in dubium reuocata, immò penitus explosa potestas Regum Legionis, & Castellæ disponendi de decimis Terrarum quas è Saracenorum manibus recuperabant, sub prætextu, quod non doceatur de aliquo Indulto Apostolico hanc facultatem concedente, illudque concessum ab Vrbano II. Petro Hispaniarum Regi, vti restrictum ad eius successores in Regno, & sic ad Reges Aragonię, qualis dumtaxat erat de tempore Indulti Petrus præfatus, nequeat Suffragari Regibus Castellę, & Legionis, maximè quia in istis tunc temporis Regnantibus non concurrebat, vt in Causarum propositionibus ex aduerso dicebatur, ratio priuilegij, nimirum expulsionis, & debellationis Maurorum, prout concurrebat in ipso Petro sic astruendo Aragonię Regibus maiora priuilegia, ac illustriora merita erga Sedem Apostolicam eodemque tempore impingendo notam impietatis, nedum prefatis duobus Regibus Donatoribus, quorum alterum veneramur inter Sanctos, verum etiam pluribus alijs pijssimis Regibus Antecessoribus, & Successoribus, qui similia pietatis, & munificentiæ monumenta cæteris quampluribus Ecclesijs reliquere. Hinc, vt eorum Dignitas, & potestas, quibus prę cæteris Hispaniæ Regibus præfulsere omnibus innotescant ipsorumque gloriosa, & pia memoria ab hac impietatis nota vindicata remaneat, repetendam duximus à suis primordijs Historiam Hispanicæ Mo-

narchiæ, ex qua omissis Iuridicis rationibus Strictiori methodo deducendis in noua vtriusque Causæ disputatione per solam rerum gestarum Seriem demonstrabimus singularem potestatem, qua circa dispositionem non solum decimarum, verum etiam aliarum rerum Ecclesiasticarum maioris ponderis vsi sunt, approbantibus Religiosissimis Episcopis, ac Sanctissimis Viris, & nunquam reclamante Sede Apostolica tam Reges Gothi Monarchiæ fundatores ante inuasionem Maurorum, quam eorum Successores ex eorum Sanguine prognati post illam, quales sine controuersia extiterunt Reges Legionis, & Asturię nostrorum Regum Donatorum Antecessores, & Progenitores; Ita vt vnusquisque ductus à sola naturali ratione ex his agnoscere valeat competentiam priuilegij controuersi, etiamsi non exhibeatur; cum loco priuilegij stet ipsa temporis vetustas, cuius magna vis est; vt enim ait ille stat pro lege vetustas.

I.

Anno 382.

Gothi traijciunt Istrũ, & intra Misiam recipiuntur.

Arianam hæresim imbibunt.

Romanos inuadunt, & Misiam cum Thracia subigunt.

Valentem Imperatorẽ superant, & igne consumunt.

A. Io. Magnus hist. Gothor. lib. 15. cap. 2. & 3.

Gratianus Imperator Theodosium Hispanũ Cæsarem creat.

Fædus Athalarici Regis Gothorum cum Teodosio.

Athalaricus moritur Constantinopolis.

Gothi Stipendiarij Romani Imperij.

B. Io. magn. vbi supra lib. 15. cap. 3. & 4. & alij.

Arcadius, & Honorius Imperatores.

Gothi mouent arma in Romanos, & Regem creant Halaricum.

Italiam aliasque Prouincias populantur.

Romam obsident, & capiunt.

Halarius moritur Cosentiæ.

Rex eligitur Ataulphus, qui Placidiam Imperatorum Sororẽ vxorem ducit.

Renouat fœdus cum Honorio accipit Sedes in Gallijs, & in Hispania.

Gallia Narbonensi potitur.

Interficitur Barci.

Prima initia Gothicæ Monarchiæ in Hispania

Postquam Romanum Imperium per Cęsarum diuisionem, atque socordiam pessum ire cępit, excitarumque ab vltimis Boreæ Sedibus ferocissimarum nationum impetu conuulsum, atque dilaceratum in minora Regna, multorumque dictionem abijt, fuere ex inde res Gothorummaxime illustres, qui Romanis Legionibus pluries deuictis, ipsaque vrbe sępius direpta vni hominum de victore gentium Populo triumpharunt. Hi enim Valente Imperante, & conuiuente Istrum superare permissi, intraque Misiam recepti, Sectarioque Arij veneno, quo ipse Valens erat infectus per Antistites ab ipso transmissos imbuti, paulo post Romanorum Ducum auaritia pressi, fameque adacti, Romano præsidio vnacum Ducibus sæde trucidato, Misiam, Traciamque armis subigunt, subactis tributum imperant, indeque ipsum Valentem cum Romanis legionibus occurrere ausum prætio superatum, atque in potestate redactum igne concremarunt. *A.*

In locum demortui Valentis suffectus Gratianus, Theodosium ex Hispania accersitum consortem Imperij fecit, quem post visigothorum gentes varijs prælijs afflictam Constantinopolim profectum; adijt Athalaricus Gothorum Rex qui cum eo icto federe paulò post morbo correptus interijt, cumque honorificentissimo exequiarũ apparatu extulit Theodosius, cuius virtutes Gothi mirati neglecta noui Regis electione in Imperij fidem cesserunt eiusque stipendium meruerunt. *B.* donec post annos 25. Imperantibus Arcadio, & Honorio Thodosij filijs, astu, & fraude Stiliconis fortisimi quidem, sed infidi Ducis exauthorati ac stipendio priuati ad arma consurgunt, Pannoniam inuadunt, Halaricum ex Baltorum familia in Gothis celeberrima Ortum Regem creant qui Illiricum, Noricum, Italiæque oram eis adiacentem ferro, & igni populatur, indeque per varios belli casus vices reciprocante fortuna reliqua Italia populata Romam petit & obsidet, obsessam dirisima fame afflictam capit, & diripit. Hinc per Campaniam, & Lucaniam abit in Brutios, vbi Cosentiæ moritur; Sufficitur eidem Ataulphus eius propinquus, qui post nouam Vrbis direptionem Placidiæ Imperatorum Sororis in prima direptione captæ, & postmodum sibi matrimonio iunctæ pręcibus mitior redditus, renouato pacis fœdere cum Honorio nuper Stiliconis eius Ducis perfidia violato, acceptisque sedibus in Gallijs ad Pireneos, & in Hispania, Roma atque in Italia digreditur, Alpes transilit, Galliam Narbonensem inuadit, eaque eiectis Vandalis, Alanis, & Sueuis primis inuasoribus, potitur, penetrat in Hispaniam, Prouinciaque Tarraconensi occupata, dum Barchinonæ moratur, quia ad pacem, quam ad bellum propensior visus domestica fraude interemptus est. *C.* Ab hoc Rege prima Gothicæ Monarchiæ initia in Hispania, quæ à suis Successoribus non minus fortiter, quam fæliciter propagata cœteris Barbaris Nationi-

nibus, quo domitis, quo expulsis ipsisque Romanis Legionibus penitus profligatis gloriosissima à suis primordijs dici meruit, nisi fortissimę Gentis Regumque præclarissima gesta impietas *Ariana*, quam ab initio aliena culpa imbiberant per spatium annorum 180. circiter pertinaciter retenta aliqualiter obscurasset. Anno 416. C. Saauedr. Chron Goth. in vita Halatien, & Ataulph, & alij citati in eius notis.

III. Anno 585. Reccaredus Catholicā fidem cum Regno amplectitur. A. Marian. de reb. Hisp. lib. 5. cap 14. A. Saauedr. chron Goth. in Reccared. & alij. Anno 589. Concilium Tertiū Toletan. cōuocatur à Reccaredo. B. Marian. de reb. Hisp. lib. 5. cap 15.

Cœterum vertente anno salutis quingentesimo octuagesimo quinto cœleste lumen affluxit, quod disiectis tenebris impij dogmatis Reccaredum decimum octauum Hispaniarum Regem, atque eius opera, & authoritate vniuersam Gothorum gentem ad Catholicæ fidei claritatem perduxit. *A.* Hanc pijssimus Rex, vt totius Ecclesiæ iudicio stabiliret disciplinamque Ecclesiasticam vitio temporum labefactatam restitueret, indixit Tertium Concilium Toletanum successiuè celebratum cum interuentu 70. Episcoporum, in quibus quinque Metropolitani, & inter ipsos S. Leander *Archiepiscopus* Hispalensis Regis Auunculus, cuius auspicijs inquit Mariana *B.* res priuatas, & publicas gubernabat.

IV. Concilium Regia confirmatione munitur. C. idem Marian. cap. cit. in fin.

Hoc Concilium in Catholica Ecclesia sine controuersia receptum subscripsit, & confirmauit ipse Rex per hoc verba. *C. Fratres Reccaredus Rex hanc deliberationem, quam cum Sancta definimus Synodo confirmans subscripsi.* Nouo quidem exemplo, sed approbato in hoc pijssimo Rege glorioso Catholici nomine meritò decorato à Sancta Synodo conflata ex Episcopis, & Metropolitanis doctrina, & Sanctitate Illustribus, qualis præ cæteris fuit memoratus Sanctus Leander, imò vt coniectare licet ab ipso Sancto Gregorio Magno. Ad hunc enim Summum Pontificem missis post Synodi celebrationem Regijs Legatis cum aureis muneribus non minus debiti obsequij deferendi gratia quam, vt conuentus nuper habiti actiones, & decreta illius potestati, & examini subijcerentur Sanctus Pontifex in elegantissimis litteris datis ad Regem, illum, eiusque hactenus gesta miris laudum præconijs extollit, quorum pauca ex multis vti profecta à tanto Pontifice audire, non pigeat. *Hoc mi frater* (inquit) *quæ per vos acta sunt sæpè conuenientibus filijs meis dicere, sæpe cum eis contra pariter admirari delectat. Hæc me plerumque etiam excitant, quod piger ego, & inutilis tunc inerti otio torpeo quando in animarum Congregationibus pro lucro Cœlestis Patriæ Reges elaborant; Quid itaque Ego in illo tremendo examine Iudici venienti dicturus sim, si tunc illuc vacuus venero, vbi tua Excellentia greges post se fidelium ducet, quos modo ad veræ fidei gratiam per Studium, & continuatam prædicationem traxit.* Hactenus ille, qui post alias plures laudes in ipsum Regem cumulatas, Tum ex his, Tum etiam ex eo, quia grandi pecunia à Iudęis tentatus, vt legem quamdam in illos promulgatam abrogaret adduci non potuisset, tandem grauibus monitis illum in Religione confirmat, nec vnquam redarguit de vsurpata authoritate conuocandi, & confirmandi Concilium, prout sine dubio Pontifex doctrina, & sanctimonia æquè celeber redarguisset, nisi, vel ex vsu, & tunc illa ferebant tempora in Regibus in illis partibus recenter ad fidem conuersis à Sede Apostolica tolerato, vel vt facilius credi potest eiusdem Sedis speciali priuilegio præeunte, hæc omnia à pijssimo Rege gesta fuissent.

Legatio à Rege ad S. Gregorium Magnum. A. Marian. lib. 6. cap. 1.

V. Sancti Gregorij litteræ ad Reccaredūm. B. Litterarum tenor apud Saauedr. chron. Goth. in Reccared.

VI. Anno 592. Concil. Secundum Cæsaraugustan. ex permissu Reccaredi. A. Ex actis d. Concil. can. 1. Saauedr. in Reccared.

Et sanè non aliter, quam ex Apostolico priuilegio hæc, & alia similia Regum gesta concernentiā Iurisdictionem Ecclesiasticam manasse suadet continuatus vsus eorumdem conuocandi Concilia Nationalia, pænas Ecclesiasticas contumacibus comminandi, nouas Sedes Episcopales erigendi, erectas transferendi, Diæcesum fines statuendi cum alijs infra referendis; Sic enim ipse Reccaredus conuocauit secundum Concilium Cæsaraugustanum habitum anno salutis quingentesimo nonagesimo secundo. *A.* Sic de mandato

Regis

VII.
Concil. Tolet. anno 610. de mandato Gundemari Regis.

B. Sandoual in Chronic. Alphonsi VII. cap. 64 fol. 173 col. 2 §. famoso es. Saauedr. Chron. Goth. in Gundemar. qui refert acta Concil.

VIII.
Anno 633.
Concilium Toletan. conuocatum à Siseuando Rege.
C. Sandoual. d. Chronic. Alphonsi VII. cap. 64. fol. 173. col. 3. §. Era 671.

IX.
Anno 636. & 638.
Concil. 5. & 6. Toletan. conuocata à Cintilia Rege.
A. Sandoual Chronic. Alphonsi VII. cap. 64. fol. 274. col. 1.
A. Saauedr. in Cintila, & acta Conciliorum ab eo relata.
B. Baron. annal. Eccles. anno 638.

X.
Anno 646. & 653.
Conciliũ 7. & 8. conuocantur à Cintasuindo, & Reuesuindo Regibus.
C. Sandoual. vbi supra fol. 174. in fin. col. 1. Saauedr. in Cintasuindo, & Reuesuindo.
C. Saauedr. in Reuesuindo, vbi refert acta Concilij octaui.

XI.
Anno 675.
Concil. 11. Toletan. conuocatum à Vvamba.
A. Francisc. Tharaph. de Reg. Hisp. in Vvamba.
Io. Vas. Chron. Hisp. anno 675.
Sandoual. Chron. Alphonsi VII. cap. 64. fol. 174. col. 2.
B. Baron. annal. Eccles. anno 675. fol. 154.

Regis Gundemari fuit congregatum aliud Toletanum anno 610. Super Primatu Ecclesiæ Toletanæ præfati Regis constitutione munitum, in qua degradationis, vel excommunicationis sententia, Regieque seueritatis censura in contumaces legitur comminata, accedente subscriptione plurium Episcoporum, & signanter Sancti Isidori Archiepiscopi Hispalensis, ac Sancti Fulgentij eius germani fratris Episcopi Ezichensis. *B.* Sic iubente Siseuando Rege constat fuisse celebratum anno 633. quartum Concilium Toletanum, vt Patres ibidem congregati fatentur; dicentes. *Dum studio amoris Christi, ac diligentia Religiosissimi Sisenandi Regis Hispaniæ atque Galliæ Sacerdotes Toletanam Vrbem in nomine Domini conuenissemus, vt eius Imperijs atque iussis communis à nobis agitaretur de quibusdam Ecclesiæ disciplinis tractatus &c.* & deindè. *Primum gratias Saluatori nostri Deo omnipotenti egimus, post hæc antefato Ministris eius Excellentissimo, & gloriosissimo Regi, cuius tanta erga eum deuotio extat, vt non solum in rebus humanis, verum etiam in causis diuinis sollicitus maneat &c.* hactenus illi, sic 5. anno 636. & 6. anno 638. pariter Toletana Concilia fuisse à Cintilia, seù Cintilano vigesimo septimo Gothorum Rege conuocata testantur Sandoualius in Chronica Alphonsi VII. *A.* & Saauedr. in eius vita. *A.* & constat ex actis eorundem Conciliorum in quorum vltimo ipso Rege fauente, & volente, sancitum fuit non posse quemquam ex Successoribus ad Regiam Dignitatem assumi, nisi prestito prius iuramento se fore Catholicum, & nunquam permissurum Catholicam fidem ab aliquo violari. Vndè Baronius nobilissimus annalium Ecclesiasticorum Scriptor *B.* referens præconia in hunc pijssimum, ac verè Catholicum Regem à Sancta Synodo congesta ait ex his apparere, haud esse recentem, vel indebitè vsurpatum titulum Hispaniarum Regum, vt Catholici cognominentur, vtpotè tanto facti titulo digni, quod non solum iurent se fore Catholicos, sed neque passuros quemquam non Catholicum in amplissimo suo Regno penitus reperiri; Sic 7. & 8. celebrata fuisse, alterum anno 646. de mandato Cintasuindi Regis vigesimi noni, & alterum anno 653. iubente Reuesuindo trigesimo Rege, habetur apud prænominatos authores, *C.* & ex actis eorundem Conciliorum, signanter Octaui in illis verbis; *quod suæ Iussionis implentes decretum in vnum fuissemus adunati Concilium* C. & denique omnium Historicorum monumenta testantur, *A.* Concilium vndecimum habitum anno 675. fuisse conuocatum à Vvamba trigesimo primo Rege, & testatur etiam præfatio eiusdem Concilij relata à Baronio *B.* in qua Patres Congreti deplorando vitia, quæ ob Conciliorum intermissionem irrepserant, & assignando causam intermissionis, prout etiam Authorem illius tunc celebrati dicunt. *Et quia non erat adunandorum Pontificum vlla præceptio, crescebat in maius vita deterior. Cum tandem Diuina nos clementia ex alto respiciens, & tempori ætatis nostræ se occursuram præbuit, & saluti præparans nostris sæculis Religiosi Principis mentem deuotam pariter, & instructam, cuius feruidæ sollicitudinis voto, & lux Conciliorum reuocata resplenduit, & alternæ charitas se mutuo in corrigendis, vel instruendis moribus excitauit, dum, & aggregandi nobis hortatu Principis facultas est data, & opportuna corrigendis præparata est disciplina &c.*

Et quamuis Eminentissimus Vir *Baronius* ex eorumdem Patrum verbis desumere conetur, quod cum Reges ad Episcopos de conueniendo in vnum scriberent, non id iubendo facerent, sed hortando sicque concludens, quod, vbi ab illis, seu ab alijs dictum reperitur, iussu Principis conuocatos Episcopos ad Concilium conuenisse, eius exhortatione id factum, esse intelligendum; Tamen huic Intellectui, si agimus de alijs Concilijs prænarratis, refra-

fragatur germanus significatus verborum eorumdem, quæ cum sonent in iussionem, nequeunt detorqueri in hortatum; Si verò de hoc mox relato, refragatur præfationis contextus, in quo Patres dicunt, fuisse intermissam per plures annos celebrationem Conciliorum, quia nulla adunandorum Pontificum erat præceptio, & deindè subdunt, hanc facultatem se congregandi fuisse ipsis datam hortatu Principis; Si enim facultatem sibi à Principe datam esse fatentur, necessario etiam fatentur illam penes ipsum Principem resedisse, quod redditur indubitatum ex Canone decimoquinto ipsius Concilij *C.* in quo statuitur illius celebratio quodlibet anno peragenda tempore quod Principis,& Metropolitani electio definierit; Vtique namque S. Synodus celebrationis tempus definiendi arbitrio Regis non reliquisset, si Ius conuocandi ád eumdem cumulatiuè cum Metropolitano non spectasset, vndè ex his concludendum est, quod vbi à Concilijs, vel ab Authoribus probatæ fidei traditur Iussu Principis conuocatos Episcopos ad Concilium conuenisse; id non exhortatione, sed verò iussu factum esse intelligendum, authoritate tamen sibi impertita à Sede Apostolica, sine qua nos etiam dicimus,& profitemur, nullam sæcularem potestatem, siue Regiam,siue Cæsaream talem facultatem vnquam habuisse in Ecclesia Catholica.

C. Acta Concil. Toletan. can. 15. relatum à Saauedr. in VVamba.

Neque similium Priuilegiorum à Sede Apostolica concessorum ratio, & verisimilitudo deficiunt,quia cum in illis turbulentis temporibus Summi Pontifices Sæpè Sæpius nouarum, & veterum hæresum procellis iactati; Orientalium Cæsarum armis pressi, ac multoties rebbellantium subditorum proteruia afflicti, & in exilium acti, non adeo facile adiri possent, ex his maximè longo terrarum, & marium tractu dissitis Regionibus, eorumque oracula accipi super huiusmodi Conciliorum conuocatione, & viceuersa Metropolitanorum iussus, ad quos eorum conuocatio iuxta Sacrorum Canonũ dispositionem spectasset, ob notas controuersias inter ipsos vigentes super Primatu, facilè spernerentur, Salutare imò necessariũ Consilium fuit hanc potestatem tradere Catholicis Regibus,vt ingrauentibus malis sæpe moram non ferentibus, per eorum piam sollicitudinem, & validam authoritatem opportuna medela Succurreret,sed de his hæc attigisse sufficiat,quia non minora sunt Priuilegia, quibus citra alias materias ad Ecclesiasticã Iurisdictionem pertinentes vsos fuisse constat Reges Gothorũ eorumque successores.

XII.

Anno 675.

Diuisio Diæcesum facta à VVamba Rege.

In comperto est siquidem apud omnes quod obortis dissidijs inter Hispaniarum Episcopos ob *Diæcesum* fines, memoratus Rex VVamba ad ea componenda, diuidi, & terminis distingui voluit, vniuscuiusquè Paræcias, vt ex antiquioribus narrat *Lucas Tudentis in Chronica mundi hanc diuisionem referens per extensum A.* quam licet aliqui velint. Fuisse factam in prænarrato Concilio vndecimo, & alij in alio Concilio pariter Toletano, cuius acta non reperiuntur, vt probabilius ex ipso *Tudensi* opinatur *Baronius B.* nemo tamen dubitat illam, à VVambæ Regis definitione, & placito emanasse cuius etiam mandato fuisse erectas nouas Sedes Episcopales in præfata vndecima Synodo habetur ex alia duodecima conuocata ab Eruigio Rege successore, in qua huiusmodi sedes fuerunt sublatæ non ex eo quia earum erectiones emanauerint à Rege, sed quia contra Sacrorum Canonum dispositionem *C.* Aliquę fuerant erectę in modicis locis seù Ciuitatibus, & vna in suburbijs Toleti, & sic in eadem Ciuitate, in qua aderat Sedes Archiepiscopalis,vt acuratè demonstrando singularem authoritatem qua in rebus spiritualibus seù Ecclesiasticis pollebant Reges antequam Hispania Maurorũ armis subigeretur, tradit *Sandoualius in Chronica Alphonsi VII. A.*

A. Luc.Tuden.Chron. mundi in VVamba. Marian.de reb.Hisp lib. 6. cap. 15. Baron. anno 675.

B. Baron. anno 675.

XIII.

Nouæ Sedes Episcopales erectæ a Vamba.

Anno 681.

Concil.XII.Toletan.ad Eruigio Rege.

C. cap.in illis cum seq. dist.80.

Prętereà non minus notatu dignum est Ius, quod ijdem Reges sibi vindicauerant nominandi Episcopos creandos in locum, Demortuorum quorum

A. Sandoual. Chron. Alphonsi VII.fol. 174. col.2.

XIV. rum nominatio referebatur ad Concilium, vt de persona, qualis esset inquireret, digna ne Sede Episcopali haberetur. Verum quia ex inde longę morę pro coadunando Concilio Solerent intercedere in supra relata Synodo duodecima Sancitum fuit, vt quotiescumque alicuius Sedis Episcopalis vacatio contingeret, licitum esset Toletano Pontifici, pręficere illos quos potestas Regalis elegerit, *Ita Baronius B. & habetur ex actis eiusdem Synodi C.* Hoc, & alia pręnarrata Priuilegia habuisse Reges Gothos ait *Sandeual.* esse adeo constans vt nil sit, cur in eis asserendis amplius immorari debeamus Vnde eius sequendo vestigia ad ea, quibus vsi sunt Hispani Reges post Maurorum inuasionem, Orationem couertamus.

Anno 681. Ius nominandi Episcopos penes Reges.

B. Baron. anno 681. & alij apud Saauedr. Coron Goth. in Eruigio. C. Toletan. Concil can. 6 relat. in Goth. Erui gij lib. decret dist 63. A. Sandoual. Chron. Alphonsi VII. fol.

XV. Verum antequam destinata referam opere pretium erit pauca de Regum genealogia subijcere, vt inde constet Reges Asturiæ, & Legionis suum clarissimum genus deducere à Regibus Gothis Regiamque Dignitatem cum suis Priuilegijs non minus propria virtute quam Iure Sanguinis adeptos fuisse: Cindasuindus enim supra memoratus vigesimus nonus Rex Gothorum tres habuit filios, Reucsuindum, Theodefredum, & fauilam, atque vnam filiam, quorum primus Patri Succesit, sed isto sine filijs defuncto, eiusque fratribus ob imbicillem ætatem ad Regni gubernacula imparibus reputatis fuit suffectus VVamba cui successit Eruigius natus ex d. filia Cindasuindi, & huic Egica; Egicę verò VVitisa filius sceleribus infamis; quo vita functo superstitibus duobus filijs, istis prætermissis, fuit ex procerum suffragio ad Regiam Dignitatem assumptus Rudericus Cindasuindi Nepos ex dicto Theodefredo filio, malo Hispaniarum fato; filij namque VVitisę non minus à Regia, quam ab Hispanijs ignominiose expulsi traijciunt in Africam ad Iulianum Comitem Tingitanę quæ Gothorum Imperio parebat. Hic dum rebellandi consilia agitant ea maturandi occasionem præbuit stuprum à Rege illatum filię Iuliani, qui ab hac iniuria irritatus, seù potius honesti specie velata perfidia, excitat Mauros ad inuadendam Hispaniam, quorum armis post funestam Roderici Cladem Gothorum Imperium, & vnacum Imperio nomen extinctum est.

Genealogia Regum ex Marian. de reb. Hisp. lib. 6. cap. 20. & alijs.

Anno 711. Rudericus Rex.

Anno 713. Mauri Hispanijs potiuntur.

At collapsę, & penitus profligatæ Christanorum res restitui cęperunt à Pelagio Roderici vltimi Regis Patruele, vtpote nato ex fauila tertio genito Regis Cindasuindi, Hic in Asturijs Hispaniarum Rex appellatus, Calæcorumque, & Cantabrorum, qui locorum asperitate, Asturum exemplo confixi, magna ex parte libertatem retinebant armis consociatis Summorum Principum gloriam fortibus factis æquauit, ingentibus enim Maurorum copijs parua manu profligatis, pluribusque vrbibus expugnatis, & in his legione annis grauis, & rebus gestis clarissimus abijt, relicta Fauila filio successore, qui post biennium in venatione ab vrso dilaniatus sine Prole interijt.

Anno 716. Pelagius I. Rex ex Sanguine Gothorum post Maurorum inuasionem Marian de reb. Hisp. lib. 7. cap. 1. & alij.

Moritur anno 737. Fauila filius successor moritur anno 739. Marian. vbi supra cap. 3.

Per cuius obitum Regia Dignitas ad Alphonsum, & Ormisindam Pelagij filiam eius vxorem (vt erat in postremis testamentis Tabulis ab ipso Pelagio mandatum) delata est Alphonsus Petro Cantabriæ Duce Patre ex nobilissimo Reccaredi Regis Sanguine genitus *A.* pacis bellique artibus æque clarus, rerumque gestarum perpetua fælicitate admirandus, Catholici cognomen, quod Reccaredo Regi eius Progenitori fuerat in tertio Toletano Concilio à Patribus acclamatum in se ob eximium Regionis cultum concordi Populorum suffragio meruit renouari, ab hoc illustri connubio Alphonsi, Ormesindæ posterorum Regum origo, & propagatio, & ab hoc Religiosissimo Rege continuatæ authoritatis in rebus Ecclesiasticis prima documenta traduntur.

Anno 739. Alphonsus I. Catholicus.

A. Luc. Tuden. Chronic. mund. era 776. Marian lib. 7. cap. 4. a Baron. anno 744 circa fin.

XVI. Narrat enim *Lucas Tudentis B.* hunc Regem plures recuperasse Ciuiuates, & vnicuique præposuisse Episcopos, & de Odoario præposito Ecclesiæ Lucensi, ac

B. Luc. Tuden, in Chronic Mund era 776.

ac donatione eidem facta tradit *ex Ambrosio Morales, & antiquo priuilegio per eum relato Baronius C.* & quia diuisio Episcopatuum à Rege VVamba præscripta remanserat ob Maurorum inuasionem penitùs obliterata, per huncReligiosissimũRegem fuit in pristinum reducta *A.* cuius pietas fuit adeo insignis, vt omnes perhibeant *E.* in eius obitu auditas fuisse cælestes voces dicentes, *Ecce quomodo tollitur iustus, & nemo considerat, ablatus est à facie iniquitatis, & erit in pace memoria eius.*

Saauedr. in Alphonso Coron. Goth. in Alphons.
C.Baron. anno 744. ante fin
A. Iul. Castill. Hist. Reg. Goth. fol. 139.
B. Tuden. Chronic. Mund. æra 776. Marian. de reb Hisp. lib. 7. cap. 4. & alij.

XVIII.
Anno 757.
Froila Rex.
Translatio Sedis Episcopalis Lucen. ad Ouetum.

Alphonsi morte Froila seù Froilanus filius, Regnum suscepit anno salutis 757. qui Sedem Episcopalem à Ciuitate Lucensi transtulit ad Ouetum, sacerdotumque coniugia praua VVitisæ lege introducta diremit, ac in posterum fieri vetuit *A.* illiusque eximiam pietatem celebrat *Baronius hoc anno.*

A. Tuden. Chron Mund æra 785 Marian. de reb. Hispan. lib. 7. cap. 6.
Sandoual. Hist. quinque Episc. fol. 97.
Anno 768.
Froila interfectus.
B. Marian. de reb. Hisp. lib. 7. cap. 6. Aurelius & alij Reges.
Alphonsus II. Froilæ filius Rex.
Anno 783.
C. Marian. vbi supra cap. 6. & 7.

Hoc Rege Aurelij fratris coniuratione interempto *B.* Regnum ad Aurelium, deinde ad Sylonem, & postremò ad Alphonsum froilæ interfecti filium delatum est qui extinctis Mauregato Patruo, & Veremundo Patruele ad Regiam Dignitatem pariter euectis solus rerum potitur *C.* Hic Alphonsus eo nomine secundus ob castitatem in coniugio seruatam casti cognomen meritus notabile priuilegium concessiit Ecclesiæ Lucensi anno 830. cum enim aduersus Saracenorum exercitum Calæsiam inuadentem pugnaturus templũ Beatæ Mariæ huius Ciuitatis ingressus Diuinum implorasset Præsidium, & iuxta vota insequenti die illustrem victoriam adeptus esset, regressus ad eamdem vrbem titulo Donationis concessit Templo seù Ecclesiæ pręfatæ, ipsique vrbi Ciuitates Bracarensem, & Auriensem tunc destructas cum suis Epscopatibus, & Ecclesiis mandans omnes Ecclesias ibi expressas postquam fuerint à Maurorum iugo subtractę restitui Ecclesiæ Lucensi, Ouetensemque Ecclesiam ad quam Sedem Episcopalem ab hac Ciuitate Lucensi diximus supra traslatam à Froila Patre, in locum Sedis Episcopalis Britonien. iam distructæ subrogat. Huius priuilegij seù Donationis tenorem ex libro Archiuij Bracarensis desumptum refert *Sandoualius in Historia quinque Episcopatuum A.*

XIX.
Anno 830.
Donatio Episcopatuum & Ecclesiarum facta ab Alphonso.

A. Sandoual. Hist. S. Episc. fol. 171,
Anno 842. seu 844.
Ramirus Rex.
B. Sebast. Episc. Salmaticen. in Ramiro era 880. anno 842. apud Sandoual. in Hist. 5. Episc fol. 53.
Victoria memorabilis è Mauris.
C. Marian. de reb. Hisp lib. 7. cap. 13.

Per mortem Alphonsi Regnum ad Ramirum Veremundi memorati Regis filium delatum est *B.* ob memorabilem cladem Mauris ad Aluendam seù ad Clauicum illatam longe celeberrimum. Huic enim *B.* Iacobus Apostolus, vt erat in somnijs pollicitus, in equo candido niueum vexillum proferre visus, quod rubræ crucis figura distinctum erat, gloriosissimam victoriam de hostibus peperit, sexaginta illorum millibus interemptis, vnde solemne votum in vniuersa Hispania ex singulis iugeris agri, vineęque modicum quot annis frumenti aut vini pendendi compostellano Templo *C.* Indeque non minus ex mox relata apparitione, quam ex alijs in Hispaniarum Historijs recensitis canitur in illis Regnis in festo huius Apostoli hymnus à Sede Apostolica approbatus.

Tu bella nos cum cingerent
Es visus ipso in prælio
Equoque, & ense acerrimus
Mauros furentes sternere.

XX.
Anno 851.
Ordonius I. Rex.

Istius pijssimi Regis Successor fuit Ordonius huius nominis Primus eius filius, cuius authoritatis in rebus Ecclesiasticis egregium monumentum habemus. Cum enim Andofredus monachus, & plures alij cum eo ex Vandalia, seu Andalusia, & Corduba, Mauris subiectis profugi ad Calæciam confugissent exorarunt Regem, vt aliquid concedere dignaretur; vnde iuxta eorum Institutum victum sibi quærere possent, quorum precibus annuendo Rex Monasterium Sancti Iuliani nuncupatum de Samos in præfata Calæcia Situm, quod Abbate destitutum reperiebatur vnacum alijs pluribus Ecclesijs. & Mo-

Donatio Monasterij S. Iuliani cum suis Ecclesijs era 890. hoc est anno 852. die 7. Aprilis.
Electio Abbatis facta à Rege.

Monasterijs concessit, præficiendo eidem Monasterio Audofredum; verum quia Audofredus immaturo facto preceptus disciplinam regularem huius Monasterij vitio temporum labefactatam restiruere nequiuerat; Rex Ordonius prefecit, & Abbatem creauit Ophilonem Monachum ex illis, qui ex Corduba profugerant, eidemque confirmauit omnes Ecclesias atque (vt verbis confirmationis vtar) omnas terminos, & hæreditates quas Reges Prædecessores dicto Monasterio concesserant, stricte insuper iniungendo ipsi Abbati, vt singulis mensibus omnes Ecclesias, & Monasteria sibi subiecta inuiseret; Subditotum mores inquireret culpas corrigeret, & puniret, & denique mandat Sacerdotibus dd. Ecclesiarum, & Monasteriorum, vt Abbati debitam obedientiam prestent, eidemque Abbati illos castigandi, & regulariter corrigendi auctoritatem impertitur. Hæc omnia translata ex duobus authenticis documentis repertis in Archiuio huius Monasterij fusius narrat *Saadoual. in Historia per ipsum collecta quinque Episcoporum A.* inquiens esse notatu digna ad demonstrandum authoritatem, qua in illis temporibus pollebant Reges circa res Ecclesiasticas.

Alia Abbatis Electio Era 894. hoc est anno 856.
Confirmatio donationũ Ecclesiarum factarum à Prædecessoribus.
Leges Abbati, & Monachis iniunctæ.
A. Sandoual Histor. 5. Episc. fol. 141.

Anno 863.
Alphonsus III. cognomine magnus.

XXI.

A. Roderic. Tolet. de reb. Hisp. lib. 4. cap. 17. Sampirus Episc. Astoricen. in Hist. 5 Episc. collecta per Sandoual. fol. 58 & 59. Marian. de reb. Hisp. lib. 6. c. 18.
Epistola Ioannis VIII. ad Alphonsum, & Episcopos.
Alia ad Regem, vt cõuocet concilium.
Concilij conuocatio.
Anno 876.
B. Sampyr. relat. in Hist. 5. Episc. collecta per Sandoual. fol. 60.
C. Marian. de reb. Hisp. lib. 7. cap. 18. fol. 348.

Defuncto Ordonio Successit Alphonsus huins nominis tertius, cui preclarè animi, & corporis dotes illustresque de Hostibus triumphi, magni cognomen pepererunt. Ad hunc Alphonsum binæ leguntur transmissæ Epistolæ à Ioanne Papa huius Nominis Octauo *A.* in quarum prima directa Regi, & Episcopis ait se eorum consensu, & assidua petitione Metropolitanam Dignitatem concedere Ecclesiæ Ouetensi, & in secunda exarata ad Regem mandat, vt Ecclesiam Beati Iacobi Apostoli ab Hispanis Episcopis consecrari faciat, & cum eis concilium celebret, quibus litteris Pontificijs perlectis, fuit à Rege conuocatum Concilium, ibique Sacratio templi peracta Nonis Maij die Lunę, Luna vndecima tertio aureo numero, *vt Sampijrus Asturicensis est Author B.* hoc est anno 876. vt explicat *Marian.* C. Post vndecim menses iussu Regis iterum conuocatum Concilium in quo ipso Rege cum Optimatibus adstante, & consulente Ecclesia Ouetensis in Metropolitanam erecta, Episcopis ditione carentibus Ecclesiæ in vrbe, & Diæcesi Ouetensi, cum redditibus pro eorum alimonia assignatę, aliaque plura fuerunt peracta, quæ fusius habentur apud *Sampirum Astoricensem, & Marianam narrantes*, Insuper Ouetensis Ecclesiæ fines fuisse Regis voluntate descriptos, & habetur ex actis Concilij relatis à *Sampyro A.* quæ ita se habent *His peractis iam dictus Rex surrexit, & fauentibus cunctis, qui aderant in Concilio, tam Ecclesiasticus Ordo, quam sæcularis subscriptam Diæcesim iure iure perpetuo tradidit Ouetensi Ecclesiæ. In Galæcia Suarnam cum possessionibus S. Martini, & Sanctæ Mariæ de Villauoli cum omnibus suis appendicijs.* Hic sequitur longa enumeratio Ecclesiarum, qua peracta Rex concludit his verbis: *& sicut prædictam Sedem hæreditauerunt nostri Prædecessores, & vandali Reges stabilierunt ita nos eam præcipimus stare, & confirmamus. Tunc omnes qui erant in Concilio vna voce dixerunt placet, placet omnibus.* Quæ omnia latiori calamo duximus referenda, vt inde pateat non minus Regia authoritas in conuocandis Concilijs, & definiendis Diæcesibus satis comprobata ex tot alijs exemplis superius narratis, quam fons vnde illa deriuauit, nimirum à Sede Apostolica, à qua vnicè hæc Iura petenda; Ex præfata namque Epistola Ioannis PP. octaui perspicuè constat non esse nouum in Ecclesia Catholica, & Synodorum nationalium sui Prouincialium conuocatio demandetur Regibus, vt in illa legitur demandata Alphonso, indeque validum oritur argumentum, alias quas supra vidimus conuocatas, iussu Regum præeunte sedis Apostolicæ authoritate fuisse conuocatas.

XXII.

Conuocatio alterius Cõcilij Oueten. era 918. nempe anno 880.
A. Sampir. relatus in d. Hist. S. Episc. fol. 62. col. 1. & 2. in Alphonso.
Assignatio Diæcesis facta Ecclesiæ Ouetensi.

Non

Non minus conspicua Regiæ authoritatis argumenta resultant ex gestis à Rege Ordonio huius nominis secundo præfati Alphonsi filio, & successore, qui memorabili prælio superatis Mauris legionem more triumphantii inuectus ibi Regiam Sedem constituit, antiqua Oueti penitùs derelicta, vnde Reges Legionenses in posterum appellati *B.* memorant *A.* huius Regis iussu Templum Petri, & Pauli nominibus Sacrum, & Episcopi cathedra insigne quoniam extra murorum legionis ambitum, erat in Regium Palatium translatum eiusdemque Episcopatus terminos, seù Diæcesim vltra antiquos fines protensam *B.* eidemque donasse villas, & Ecclesias, tradit *Sampyrus Astoricen. C.* additque *Mariana A.* fuisse ab eodem Rege Mindoniensem vrbē iure Episcopatus donatam. Ribadeo Vrbe ex Dignitate spoliata Sed his quæ ex Historicorum traditione constant, addendum est priuilegium ab hoc Principe concessum Ecclesię Cathedrali Lucensi, quod authentico documento probatur, illiusque refert etiam *Sandoualius B.* In hoc priuilegio inquit Rex Ecclesiam Beatę Marię Virginis Ciuitatis Lucensis fuisse ab ipsis initijs nascentis Ecclesię seù Apostolicę prędicationis fundatam, eamque ante inuasionem Saracenorum à gloriosissimis Regibus Catholicis eius Prędecessoribus Pontificali infula decoratam, deinde à Maurorum iugo vindicatam per victoriosissimum Aldephonsum Petri Ducis filium (quem supra vidimus fuisse Alphonsum I. cognomento Catholicum, qui Odoarium Episcopum huic Ecclesię pręposuit) & in pristinum honorem restitutam per gloriosissimum Aldephonsum Froilani filium eidemque fuisse ab ipsis, cęterisq; eius Prędecessoribus, & auis subiectas vrbes, & Prouincias (nimirum Bracaram, & Auriensem Ciuitatem cum suis Episcopatibus hic nominatas *B.* prout ex alio priuilegio huius Aldephonsi cognomine casti supra relato fuit demonstratum). Hinc prosequitur priuilegium siue Donatio per hęc verba: *Simili modo Auorum nostrorum sequentes vestigia auctoritate communiti Apostolicæ Sedis, & in patrocinio confidentes gloriosæ Mariæ Nos exequi famuli vestri Ordonius Rex, & Geloÿra vobis alma virgo Maria, & vestræ Ecclesiæ præfatæ prædictas subdimus vrbes confirmantes Auorum nostrorum Priuilegia. Insuper adÿcimus atque concedimus pro remedio animæ nostræ vestræque Ciuitati Lucensi fundatum Monasterium Sancti Christophori, quod est constructum in hæreditate nostra à Domo Hermoygio Episcopo in Territorio Tudensi, loco vocato labruxiaripa lamiæ, & nobis sub tuitione, & dominio ab ipso Episcopo est traditum iure hæreditario. Hoc ergo Monasterium vobis gloriosa virgo Maria pro salute animarum præstantes concedimus, atque donamus per suos terminos antiquos cum omni sua hæreditate, & familia, Villas, & Ecclesias cum Villa videlicet, & Ecclesias, quæ sunt inter Catano, & Limia &c. Hoc itaque supradictum Cenobium cum omni sua hæreditate, vbicumque eam potueris inuenire per veritatem vobis Domino Reccaredo Luensæ Sedis Pontifici, & Clericis vestris condonamus, atque loco Sanctæ Mariæ præfatæ Sedi testamus, sugerenses vobis, & petitionem facientes vobis nostras Ecclesias, quæ in Nauiensi Comitatu sunt positæ, & vobis ex antiquo Pontificali Iure subditæ censuale, tributum ex ipsis Ecclesiis Legionensi Ecclesiæ concedatis, quam auctoritate regali inter certas Sedes Pontificales statuere decreuimus firmato ibi solio Regni nostri, & quia ipsæ Ecclesiæ Nauienses longè distant ab ipsa Sede Legionensi vos successoresque vestri retenta benedictione curam gerant Pastoralem, facta series testamenti scripturæ sub die, quod erit Kalendis Septembris Era 953. Ordonius Christi seruus hoc testamentum, quod fieri elegimus, manu nostra roboramus.*

Ex hoc Priuilegio, Donatione siuè Testamento (quoquo modo huiusmodi scripturam in illo barbaro sęculo hac rudi latinitate exaratam nuncupari

Anno 913.
Ordonius II. Rex.
Primus Legionensis Rex appellatus.
B. Marian. de reb. Hisp. lib. 7. c. 20.
A. Marian. loc mox cit. Roderic. Tolet. de reb. Hisp. lib. 4. cap. 21. & alij.

XXIII.

Translatio Sedis Episcopalis Legionensis.
Ampliatio Diæcesis.
B. Lucas Tuden. Chron. mond. in Ordonio fol. 81.
Donatio Ecclesiarum
C. Hist. 5. Episc. fol. 64. col. 1. in fine.
A. Marian. de reb. Hisp. lib. 7. cap. 20. fol. 353.

XXIV.

Priuilegium cōcessum Cathedrali Lucensi anno 915.
B. Sandoual. Histor. 5. Episc. fol. 257.
Cathedralis Lucensis fundata à Regibus.
B. Instrumentum fuit in actis productum.

XXV.

Tenor Priuilegij.
Confirmatio Priuilegiorum Regum Prędecessorum.
Donatio Monasterij Sancti Christophori.
Donatio Ecclesiarum.
Tributum soluendum Ecclesiæ Legionensi.
Legionensis inter alias Episcopales Regia auctoritate constituta.
Dat. Era 953. id est anno 915.

velimus) in qua à Rege de Ecclesijs disponitur, censuále, tributum legionensi Cathedrali persoluendum ab Episcopo Lucensi pro Nauiensibus Ecclésijs ad ipsum Regē spectantibus imponitur, & in qua Rex ait Legionensem Ecclesiā inter certas Sedes Pontificales authoritate Regali statuere, decreuisse, planè constat, hæc omnia quæ non nisi Apostolica authoritate peragi poterant, fuisse à pijssimo Rege eiusque gloriosis Prædecessoribus peracta in vim Priuilegij Apostolici, dum Rex *D*onator confirmando eorum Priuilegia, & concessiones, nouasque superaddendo, sequi profitetur eorum vestigia Apostolica authoritate communitus.

XXVI. Anno 918. Legatus Apostolicus missus in Hispaniam. C. Sandual. hist. 5. Episf. fol. 256. in Ordonio II.

Ad quorum comprobationem non abs re fore existimamus, si historiam hic subijciemus, quam de Legato Apostolico tunc temporis nempe anno 918. misso in Hispanias à Ioanne Papa X. refert *Sandoual. in historia* S. *Episcoporum, & memorat Baronius hoc anno* 918. Hęc hiostoria ad litteram desumpta à *Sandoualio C.* ex quodam libro Conciliorum, quem ipse asseruari testatur iu Escuriali ita se habet: Regnante Carolo Francorum Rege, & Patritio Romæ, & Ordonio Rege in Legione Ciuitate Ioannes Papa Romanā, & *A*postolicam Sedem tenebat. Sisenandus vero Sriensi Sedi (hoc est Compostellanę) *tenenti corpus B. Iacobi Apostoli præsidebat, quo tempore Ioannellus præsbiter Reuerendissimus, & prudentissimus à præfato Papa Ioanne ad Hispanias est missus, vt statum Ecclesiæ Religionis eiusdem Regionis perquireret, & comperta fideliter Apostolicæ Sedi referret, quod iniunctum sibi officium præfatus Ioannellus solemniter compleuit, & Hispanias veniens omnem Ordinem Ecclesiastici officij, & regulam consecrationis Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi perspicaciter perscrutatus, requisiuit canones, & omnes libros Sacramentorum perlegit, quæ cuncta catholica fide munita inueniens exultauit, & Domino Papæ Ioanni, & omni Conuentui Romanæ Ecclesiæ, vt inuenerat retulit; Audiens hoc D. Papa, & omnis Romana Ecclesia gratias Deo retulerunt, officium Hispanæ Ecclesiæ laudauerunt, & roborauerunt, & hoc solum placuit addere, vt more Apostolicæ Sedis celebrarent secreta Missæ &c.*

Ioannellus Legatus missus, vt statum Religionis inquireret.

Scrutatur statum Religionis.

Comperit omnia cathośica fide munita.

Refert Pontifici.

Hactenus Historia ex libro Conciliorum relata per *Sandoualium*, ex qua assequimur Regum Hispanorum consuetudinem tempore præfatæ legationis vigentem erigendi nouas Sedes Episcopales, nominandi Episcopos definiendi Diæceses, & donandi Ecclesias, fuisse authoritate legitima munitam, cum alias legatus de his omnibus, vt par est credere, optimè edoctus à Sancto Sisenando Episcopo Iriensi seù Compostellano cui, vt tradit *Baronius*, legatio missa fuerat, & qui ob egregiam vitæ Sanctimoniam præfatam consuetudinem (Secluso priuilegiọ Apostolico) aduersantem dispositioni Sacrorum Canonum, vtique non reticuisset, legatus inqnam eā vticorruptelam, & abusum tollere procurasset, vel saltem Summo Pontifici retulisset.

XXVII.

Cæterum cum in proximè recensita *D*onatione facta ab Ordonio II. & in alia supra relata facta ab Ordonio huius nominis Primo Monasterio de Samos in Calecia donentur Ecclesiæ cum suis terminis, & hæreditatibus, eidemque Ecclesiiæ tām in mox dicta Ordonij II. quam in alijs infra referendis donationibus fundatæ dicantur in proprijs Regum hæreditatibus. Hinc, vt quid sibi velint hęc nomina terminorum, & hæreditatum, vndeque originem traxerint eiuscemodi donationes factæ nedum à Regibus verum etiam à priuatis personis, plenius noscatur, operæ pretium erit ea quæ de his traduntur à *Sandoualio in Chronica Alphonsi VII. A.* in medium proferre. Narrat ipse in Hispaniarum Regnis antiqui moris fuisse Regum, atque Magnatum fundandi seu deducendi Colonias in suis terris patrimonialibus inhabitatis, & incultis, vt colonorum opera ad cultum redigerentur. In his paruis Colonijs ædificabant Ecclesiam, eique præficiebant vnum duos, vel plures sacer-

Origo donationum Ecclesiarum, & decimarum.

A. Sandoual. Chron. Alphon. 7. cap. 68. fol. 182. col. 1. & sequen. Colonię Hispanè Collazos.

Ecclesiarum ædificationes, seù fundationes

...cerdotes, prout maior vel minor numerus Colonorum exigebat. Huiusmodique territoria seu coloniæ, hæreditates appellabantur addito nomine illius Numinis, cui Ecclesia ibi fabricata dicata erat E.G. hęreditas S.Thomæ, hęreditas S.Agathæ cum similibus pręfatis Clericis Cappellanis nuncupatis ab Ecclesiis, quæ Cappellæ nuncupabantur, assignabatur portio fructuum, qui intra terminos dictarum hæreditatum colligebantur, vt Colonis Sacra ministrarent, indeque nomen Cappellanorum, & Cappellarum in Parochorum, & Paræciarum nomen fuit imposterum commutatum; Reliquum vero fructuum quod à Colonis contribuebatur reseruabant sibi DD. fundatores, illudque vti tributum temporale vendebant, permutabant, & ad hæredes transmittebant inter quos diuidebatur in plures portiones, prout hæredum numerus exigebat, & ex hac portione reddituum, quam sibi fundator reseruabat initium habuisse Pręstimonia sine cura, vt vocant in Calæcia, & beneficia simplicia notat *Sandoualius in dicta Chronica*.

Hæreditatum Nomen.

Fructus reseruati fundatoribus Ecclesiarū, seù cappellarum.

Præstimoniorum Origo in Calæcia.

Præterea vt ipse prosequitur Cappellę ita fundatę habebant quoddam Ius, quod *dextros* appellabant, hoc est octuaginta, vel septuaginta duos passus in circuitu omnesque hæreditates, quę intra hunc terminum includebantur vti Decimę Deo dicatę vnicè spectabant ad Fundatorem, ita vt nec Clericus neque Episcopus aliquid super illis prętendere posset. Huiusmodi vero Cappellarum, & Coloniarum fundationes à nemine paregi poterant, nisi permissu Regis, indeque refert memoratus Author *B.* Regem Sancium, qui obijt in obsidione Zamorræ concessisse æra 1108. hoc est anno 1070. domui siuè Monasterio, Oniæ facultatem fundandi similes Colonias, & Ecclesias in vniuerso eius Regno ex his prima Origo, & causa in potestatibus sæcularibus donandi Ecclesias, & vna cum Ecclesijs decimas, quæ intra earum terminos, & hęreditates continebantur. Hicque mos introductus, & vigens sub Imperio Gothorum antequam Hispania Maurorum armis subiceretur, vt *Sandoualius* est Author manauit ex prædicto, alioque iustiori titulo recuperationis terrarum ex eorum manibus ad posteros Reges Austriæ, & Legionis primos, & legitimos Regum Gothorum Successores, vt ex donationibus, huc vsque recensitis, nedum Eccsiarum, sed integrarum Diœcesum iam vidimus, & ex alijs pluribus infra recensendis videbimus.

Decimę reseruatę fundatoribus.

B. Sandoual. vbi supra fol.182. col.2.

Facultas à Sancio concessa Monasterio Oniensi fundandi Colonias, & Ecclesias.

Mos donandi Ecclesias, & decimas tempore Gothorum.

Redeundo igitur vnde digressi fuimus Ordonio defuncto occupauit Regnum Froila frater, exclusis Alphonso, & Ramiro Ordonij filijs, qui tandem froila extincto, vnus post alium Regnum adepti sunt *C.* de Ramiro ex his postremo Rege huius nominis secundo tradit *Sandoualius D.* se perlegisse scripturam originalem donationis ab eo factam die 23. Septembris Era 964. hoc est anno 926. Cathedrali Ouetensi plurium Ecclesiarum, & hæreditatum, quæ hodie ab eadem Cathedrali possidentur.

Anno 823.
Froila Ordonij frater Regnum inuadit.
Moritur, & succedit Alphonsus IV. & deinde Ramirus II.
C. Mariau de reb. Hisp. lib.8. cap.3. & 5.

XXVIII.

D Hist.5. Episc. fol.262 in fin. & seq. in Ramiro
Donatio Ecclesiarum Ecclesiæ Ouetensi anno 926.

XXIX.

Narrat præterea idem *Author in Chronica Alphonsi VII: E.* vidisse in quodam libro priuilegiorum, seù Iurium Cathedralis Astoricensi Hispano Idiomate nuncupatum *Bezerro*, in quo legebatur fuisse de mandato Regis præfati, siuè alterius Ramiri congregatos in Asturia Prælatos, Episcopos, Abbates, ac Regni Optimates, ipsoque adstante, & præsidente fuisse stabilitum concedendas esse dictę Cathedrali; eiusque Episcopo Nouidio plures Ecclesias in diuersis partibus existentes, quæ in prima Maurorum inuasione fuerant à Diœcesi præfatę Cathedralis auulsę; Hancqne concessionem, ait ipse confirmationis robur accepisse ab Ordonio Ramiri filio, qui præterea alias plures Sedes Episcopales instituit, ac præ cæteris in CiuitateSeptimancæ, à qua postmodum, vti Barbarorum incursionibus obnoxia fuit hæc Dignitas ablata, illiusque Ecclesia vnita Cathedrali Legionensi ab alio Ramiro, & Regni Episcopis. *De* præfato Ramiro II. momorat pariter *Saauedra A.* fuisse ab

E. Sandoual. Chronic. Alphonsi VII. cap.64. fol.175. col.2.
Conuocatio Concilij Asturicen. de mandato Ramiri.
Concessio Ecclesiarum Cathedrali Asturicensi Confirmata ab Ordonio.
Sedes Episcopales institutæ ab Ordonio.

XXX.

Aliud Conciliū Asturicen. anno 946.
A. Coron. Goth. in Ramiro 2. fol.30. col.2.

ab eo conuocatum aliud Concilium in Afturica, in quo de Ecclefiafticorum moribus corrigendis fuit actum, eidemque Regem aftitiffe, prout confueuerant Reges Gothi eius Prædeceffores idemque teftatur *Sandoualius* C. addens fuiffe celebratum Kalendis Septembris era 984. hoc eft anno 946.

C. Chronic. Alphonfi VII.fol.176. in princ.

XXXI.

Ferdinadus Gonfaluus Caftellæ Comes.

Hoc Rege Imperante Ferdinandus Gunfaluus rebus contra Mauros geftis Illuftris, Caftella fub Comitis titulo patiebatur. Regum Legionenfium beneficio, an potiùs, vt plures volunt Subditorum voluntate huius tituli honore auctus, incertum, cum Pater illum dumtaxat Iudicis habuiffet, memorat *Sandoualius B.* hunc Principem Oxomenfi Ciuitati à Maurorum iugo fubtractæ Epifcopum propofuifse Sylonem Monachum, eumdemque donafse era 975. hoc eft anno 937. Monafterio de Arlaufa, aliud Monafterium Sanctæ Mariæ de Cardaua, prout etiam conceffifse Monafterio Sancti Emiliani eiufdem Ordinis eiufque Abbati Fortunio aliud Monafterium cum duabus Ecclefijs era 976. id eft anno 938. quæ de hoc Principe commemorafse fufficiat vt pateat nedum Reges Legionis, verum etiam Caftellę Comites vfos fuifse fimilibus priuilegijs cum ad hos non minus, quam ad illos fuum clariffimum genus reuocent pofteriores Caftellæ, & Legionis Reges. Præfato enim Ramiro Legionis Regi fucceffit Ordonius eo nomine III., cui Sancius cognomento Crafsus, huic alter Ramirus III., Ramiro Veremundus eo nomine II. Veremundo Alphonfus V., & demum Alphonfo fucceffit Veremundus III., qui Regnum adeptus eft anno 1028. tempore quo defuncto Sancio Caftellæ Comite pręfati Ferdinandi ex Garzia filio Nepote, Caftellę Principatum obtinuit alter Garzias Sancij nuper defuncti filius. Hic Garzias duas habuit Sorores Hunniam, & Therefiam. Hunnia quam alij Eluiram, feù maiorem nominant Sanctij Vafconum, feù Nauarrę Regis Vxor fuit; Vnde Ferdinandus Garzias, & Gonfaluus nati, Therefia Legionenfi Regi Veremundo nupta eft; Vnde Alphonfus in infantili defunctus. Garzias nuptias cum Sanctia Veremundi Sorore celebraturus Legionem proficifcens in itinere inimicorum, feù potius rebellum Subditorum fraude, ac proditione interfectus eft; Hinc Sanctius Vafconum Rex Vxorio Iure Caftella potitur, & ex auctione Imperij aucta cupidine latius imperandi bellum infert Veremundo, qui metu armorum, & Procerum confilio adactus Sanctiam Sororem, quam defuncto Garzię, diximus, deftinatam, Ferdinando Sanctij filio defpondit hifce conditionibus, vt hic, Ferdinandus poft Veremundi obitum, in Regno Legionis fuccederet; Caftellæ vero Regnum poft obitum Patris, & Matris obtineret. Ita Sanctius Caftellæ Principatu auctus, & Ferdinando filio ad Legionenfis Regni Succeffionem patefacto aditu rebus in pace, & bello geftis æque clariffimus, nedum cognomento maior, fed Hifpaniæ Imperator meruit appellari; Conftant hæc omnia ex Hifpanis Scriptoribus C. De hoc Rege duo habemus monumenta difpofitionum ab ipfo factarum decumarum, fiuè decimarum Ecclefiafticarum, aliorumque ad Ecclefiafticam Iurifdictionem pertinentium ambo relata in Martyrologio Hifpano compilato *à Ioanne Tamaio Salazar A.*; Narrat hic Author, Sanctium Epifcopum Pampilonenfem Virum (inquit, ipfe) reuera magnum, prima in iftius Ecclefię reftauratione fundamenta ieciffe, Ideoque animum Regis Sanctij maioris erexiffe, vt Regnum, Regionemque ex Maurorum faucibus ereptam antiquo reduceret fplendori, ex quo Rex conuocatis Epifcopis, & Proceribus huiufmodi decretum fecit omnibus intimari. Hic fubditur tenor Decreti, in quo Rex de fuorum filiorum confilio, & authoritate, ac Principum affenfu, præcipuè D. Sanctio Pampilonenfi Epifcopo Religiofiffimo Viro, ac eius Magi-

B. Hift. 5. Epifc. in Vita Ferdinandi Gonzal. fol. 315. col. 2.

Nominat Epifcopum Oxomen.

Donat plura Monafteria anno 937. & 938.

Caftellæ Comites Regum Caftellæ, & legionis Progenitores.

Sanctius Nauarræ Rex.

Garzias vltimus comes Caftellæ interficitur.

Sanctius Rex Nauarræ in Caftella fuccedit.

Ferdinandus filius Sanctij nubit fororem Veremundis Regis Legionis.

Sanctius Hifpanæ Imperator appellatus.

C. Marian. Saauedr. & alij omnes.

XXXIII.

A. Martirolog Hifpan. to 2. fol. 532. in fin. cum feq.

Conuocatio Concilij Pampilonen.

Anno 1007.

Decretum feù Priuilegium Regis Sanctij.

Magistro (vt ibi dicitur ipsum ad hoc instigante, & commonente, restituit Cathedrali Ecclesiæ Beatæ Mariæ Villam seù Ciuitatem Pampilonensem ab omni prorsus Regali Seruitio liberam cum omnibus suis terminis, & pertinentijs, quam Rex Sanctius eius Auus cognomine Abarca vnacum Castro S.Stephani eiusque Ecclesiis, & petinentijs pro suorum criminum expiatione donauerat, necnon plura Monasteria ibi descripta,& deinde prosequitur per hæc verba : *Insuper hæc omnia concedo Sanctæ Mariæ medietatem montis,qui dicitur Iaquilæ &c. Hinc Ecclesiam Sancti Stephani de Ezchaua cum terris, vineis &c. in Azella vnius Molendini integri cum sua medietate &c. omnes decimas,quæ Ecclesiæ pertinent integræ &c.vices ad Molendinũ quas sanctius supradictus Rex dedit, scilicet die 5.Februarij cum sua nocte ad 15.dies.Tunc etiam decreuit dando de decima Salis de Salinis de ellica per singulos annos tres Kaf.confirmauit &c.Item in longuida Monasterium Sancti Saluatoris cum sua Decima, quæ nuncupatur Lizurrieta &c. & cum alia Ecclesia, quæ dicitur Sancta Cæcilia cum omnibus suis terminis &c.In suburbio de Munarri æquita Ecclesiam Sancti Romani cum omnibus, quæ pertinent ad eum &c. Monasterium, quod dicitur Adzaualceta cum sua hæreditate, quam habet, & deinceps habuerit, & cum Ecclesiis de Orindoijn, & de Arrazu &c. in Azesquin Villa, quæ dicitur Abarzuza integra cum Ecclesia sua, & suo Monasterio, quod dicitur vranzo cum suis decimis, in Vrranci, & in Iegarda, vel omnibus, quæ pertinent ad illud Monasterium S. Gemma similiter cum omniaus suis pertinentijs Monasterium Sancti Christophori &c.cum omni sua pertinentia, atque Monasterium, quod dicitur Pezuelas cum Ecclesijs de Priepo Idone, & de Ocono cum omnibus tertijs Ecclesiarum de Berroza, quæ dicitur Gozpena, in Cauaras Ecclesiam S. Mariæ cum sua pertinentia, & sua hæreditate.*

XXXIII. Donatio Ecclesiarum, & decimarum facta à Sanctio Maiori Ecclesiæ Pampilonensi.

Termini huius Episcopatus, sicut ego ab antiquis, & sapientibus viris in veritate probaui, & nunc tenet. De Occidentis parte &c. Hic sequitur descriptio Diœcesis, & deinde prosequitur. *Verum, vt non alius nisi Episcopus Pampilonensis habeat licentiam, & potestatem consecrandi eiusdem Episcopatus Ecclesias, & præsbiteros &c. Idem vero Episcopus Pampilonensis ponat suos Clericos per omnes Ecclesias cum consilio Archiepiscopi sui &c. & nullus Clericus teneat Ecclesiam in toto Episcopatu nisi per manum Episcopi, & Clerici donent de omnibus decimis,quas acceperint à Parochianis suis tertias, sine fraude Episcopo absque vlla contradictione hominum. Hæc omnia quæ supra scripta sunt ad prædicti loci seruitium, & honorem pertinent, qui præcedentes nostri Reges, vel alij alia Episcopis per se dederunt alia restituerunt cnm omnibus terris &c.confirmauerunt ingenuè, & liberè absque vllius hominis sæcularis imperio in prædictæ Ecclesiæ potestate, vel suorum ibidem Deo Seruientium mansuræ in perpetuum decreuerunt laudo, & confirmo &c. & hoc Testamentum inuiolatnm. atque indiscussum valeat permanere facta carta Era 1045. (hoc est anno 1007. Regnante Rege Sactio in Pampilona, & in Aragone, & in Pampilona, & in Aragone, & in tota Castella.*

XXXIV. Determinatio Diœcesis Alia ad Ecclesiasticam Iurisdictionem pertinẽtia.

Rex mandat Clericis vt de omnibus decimis deut tertias Episcopo.

Confirmat Priuilegia & donationes aliorum Regum.

Hoc priuilegium concessum anno 1007.

Huic decreto Seu Priuilegio à præfato *Authore* subnectitur aliud ab eodem Rege concessum Ecclesię Sanctæ Mariæ Sedis Pampilonensis, & Monasterio Sancti Saluatoris Legerensis Ordinis Beati Benedicti, cuius Abbas memoratus Sanctius erat insimul Episcopus Pampilonensis, Rex in hoc priuilegio ita præfatur.

XXXV. Anno 1023. Concessio alterius Priuilegij.

Ego Sanctius clementissima omnipotentis dignatione Rex. licet nemini Sanctorum Regum merear adæquari, desinere tamen erubesco eos in aliquo Sanctitatis. Iustitiæque facto nolle imitari, præsertim cum illud tempus adsit congruum, quod si profectò apparebit (vt aiunt mihi Pontifices,) opus iustum,

Tenor Priuilegij.

& idoneum, Promulgatum enim vero est, quod quamplurimæ Sedes Episcoporum desertæ, & sine nomine iacent &c. & nullus fortasse status, vel honor maneret modo Episcopalium Sedium, nisi eas ab ingruentia vastatorum bonorum Regum, & Principum retraxisset auxilium. Proinde concessa mihi, diuina subueniente potentia securitate de hostibus, quamuis diuinis beneficijs nihil æquale possim recompensare, neque id donum comparare, quod receptum habeo Creatoris largitate, congregans autem Præsules Ecclesiarum, & Catholicos Viros, Concilium ad celebrandum secundum præcepta Canonum conari decreui pro cælesti præstitu Iruniensem Sedem restaurare, & sanctam istam Ecclesiam præcepi Sponso idoneo maritare &c. quapropter grata mente sana sponte placido consensu nostræ Coniugis Dominæ Maioræ Reginæ (hęc est Nunnia seu Eluiriæ Soror Comitis Castellæ, quam supra diximus fuisse etiam maiorem nuncupatam) *communi affectu nostrorum filiorum, vel consilio Episcoporum, atque Abbatum siue omnium Seniorum iuxta præcepta Canonum, & Decreta Sanctorum Patrum dantes tertiam partem cunctarum frugum decimarum, & reddentes sui oneris suas Dioceses scilicet villas, Ecclesias, domos &c. concedo illam dominatui Sancti Saluatoris post hac præsertim credituram pertinere, & tibi Domino meo, & Magistro Sanctio Abbati, & Episcopo, vt Deo iuuante eam cum nostro auxilio renoues, & restaures &c. Post nostrum vero obitum hæc ne vlterius, vt nunc vsque S. Ecclesiæ pro indignis periclitetur Rectoribus, ne vel à nobis inchoatus renouaturus Episcopatus exhæreditetur, potius Ecclesiasticus Status, hactenus nostra in Patria ignorantiæ caligine offuscatus renouetur, & melioretur siue regularis Ordo ab Antecessoribus Regibus, scilicet meis Parentibus, & ab Episcopis, & Abbatibus in Cænobio Legerensi ad hoborem Sancti Saluatoris &c. Constitutus continendo conseruetur, & confirmetur &c. Regali authoritate præcipimus sequentibus Regibus, vt Sanctæ Matris huius prælibatæ Ecclesiæ Iruniensis futuros Episcopos Rectores, & Gubernatores de præfato Cænobio cum electione Comprouincialium Episcoporum cum labore omnium Seniorum, & militum vigilantissima cura præcipiant, Ordine de regulari eligere egregios Sponsos &c. & Pontificali honore dignissimos, qui cum totius Populi præconio assereutes eos idoneos esse, sint ad Episcopalem sublimitatem commodi &c. Ergo magni pendenda Episcoporum, cæterorumque Ordinum, quos supra nominauimus electione, & Regali decreto, quicumque adquisiuerint, consecrentur, & confestim ordinentur, & in Episcopatum sublimentur &c. Siquidem prius voueant, atque promittant animo puro, & corde vero Deo, & S. Mariæ semperque Virgini. cuius glorioso nomine est vocitata eorum Ecclesia, atque omnibus Sanctis cunctis audientibus se fidem Catholicam Sanctæ Trinitatis, & Vnitatis, scilicet Patris, & Filij, & Spiritus Sancti credituros &c.* Hic sequuntur alia ad Episcopale munus spectantia, ac deinde subdit. *Item promittant, & voueant Regi, cuius donatione hunc receperint honorem fidem integram, & sine fraude seruare, & suo Metropolitano obtemperare, & obedire &c. Ego vero supradictus Sanctius, qui hanc Chartam Episcopalis, & Cænobialis honoris scribere mandaui intercedente gloriosa, & Beatissima Maria cum omnibus Sanctis iustis, & electis Dei merear remissionem peccatorum meorum consequi, & cælesti in Regno fæliciter cum Christo lætari Amen, facta Charta, & confirmata in præsentia Episcoporum, Abbatnm, & Potestatum, & totius Populi congregati in Pampilonensi Concilio currente era 61. post m. (hoc est anno 1023.) die 3. Kal. Octobris Regnante supradicto Sanctio Serenissimo Rege in Aragonia in Subrarbe, & Ripalorza in omni Gasconia in Alaua in Cuncta Castella, in Asturias, in Legione, siue Asturia imperante &c.*

> XXXVI. Rex dicit congregasse Episcoporum Concilium.

> XXXVII. Donatio tertiæ partis decimarum cunctarum frugum.

> XXXVIII. Mandat eligi Episcopos Pampilonen. ex ordine regulari.

> Iuramenta præstanda ab Episcopis eligendis.

> Iuramentum præstandũ Regi.

> Dat. Priuilegiorum anno 1023.

XXXIX. Ex his duobus Priuilegijs, in quibus Episcoporum, & Abbatum Concilium conuo-

conuocatur de mandato Regis ipsisque hortantibus, & consulentibus idem Rex Sedem Episcopalem restituit Ecclesiæ Pampilonensi determinat Diæcesim, modum eligendi futuros Episcopos, & qualitatem eligendorum, nempè ex ordine Regularium Sancti Saluatoris, præscribit, Monastera, Ecclesias, & decimas cencedit similesque Prædecessorum concessiones confirmat, dignoscere licet amplitudinem Regiæ, & quidem legitimæ authoritatis in hisce materijs, dum hæc hortantibus Religiosissimis Episcopis peraguntur, & Rex facere profitetur, vt aliquod sanctitatis, & Iustitiæ factum Sanctorum Regum imitetur, & tandem vti legitimè peracta fuerunt approbata ab Hugone candido Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinali, & in Hispaniarum Regnis Legato, & ab Alexandro eo nomine II. anno 1070. vt testatur idem *Author Martirologij*, C. Præfatum vero Hugonem legationis munere functum anno 1064. Sedente ipso Alexandro refert *Baronius hoc anno A.* cæterum concilij celebrati anno prædicto 1023. priuilegij, & restitutionis sedis Episcopalis fusè meminit *Sandoual. in Chronic. Alphonsi VII. B* atque etiam *Stephanus de Garibai B.* qui insuper tradit C. memoratum Regem Sanctium arma contra Mauros moturum accessisse cum suis optimatibus ad Monasterium Sancti Saluatoris Legerensis, atque vt diuinum Numen sibi propitium redderet eidem Monasterio obtulisse decimam panis, vini, & cuiuscumque herbarum generis locorum, quę è Saracenorum manibus recuperare contingeret; Oblatio reuera elusoria, si huiusmodi decimarum Ius, & dominium penes Regem non fuisset.

Dicta Priuilegia approbata a Sede Apostolica.

B. Salazar. Martirolog. to 2 fol. 537.
A. Baron. anno 1064. Litt. D. & E.
B. Sandoual. Chron. Alphonsi VII. f. 176. col. 1. in fin.
B. Steph. Garibai compend. hist. tom. 3. cap. 24. lib. 22.
C. Idem Garib. eodem tom. 3 c 23. col. 3. in fin. §. en este tiempo lib. 22.

XXXX.

Anno 1015. 21. Octobr. Oblatio decimarū Monasterio Legerensi.

Huius præstantissimi Regis tres filij superstites Ferdinandus Garzias, & Ramirus, Ferdinandus Castellę, Garzias Nauarrę, & Ramirus ex illegitimo concubitu Ortus, Aragonię tunc exiguę Suorum Regnorum particulę, vt inquit *Lucas Tudensis D.* à Sanctio Patre pręficiuntur. Verba *Tudensis* sunt hęc: *Dedit etiam Ramiro, quem ex concubina habuerat Aragonem quandam Regni sui particulam nè fratribus, eo quod materno genere imparerat, quasi Regni hæreditarius videretur &c.* At ferdinandus post Patris obitum à Veremundo tertio Legionensi Rege eius Sororio bello peritus Garziam fratrem in auxilium aduocat, armisque consociatis, prelioque ad Carrionis Ripam, atque ad lantadam Oppidum commisso, Veremundus Superatur, atque interficitur, & Legionense Regnum alioqui iure debitum, armis à Ferdinando occupatur ex cuius Regni adiectione omnium Hispanię Regum ea tempestate potentissimus euasit diuturnitatemque, & magnitudinem Imperij (inquit *Marian. A.*) Religionis, & pietatis castissimo cultu maximarum laude virtutum, & rei militaris summa, ac singulari gloria exæquauit; Vnde magni, & Imperatoris cognomina adeptus est, quæ laudum, ac præserrim Religionis, pietatisque præconia à Religioso Historico, & parco laudatore profecta, referre libuit, vt vnusquisque hæc lecturus certior reddatur dispositiones mox referendas decimarum, aliorumque Ecclesiasticorum Iurium huius pijssimi Regis, nonnisi legitima auctoritate fuisse confectas; Constat namque ex Instrumento impresso *post Chronic. Ordinis Diui Benedicti, cuius Author est Antonius de Vepes B.* Præfatum Regem Ferdinandum vna cum eius Vxore Sanctia Regina titulo permutationis dedisse Abbati, & Monasterio Sancti Petri de Cardonia Ordinis Diui Benedicti plura Monasteria, & Ecclesias cum suis pertinentijs, & præcipuè decimas, & oblationes, ibi, *Damus & omnia quæ ad dicta Monasteria, & possessiones pertinent videlicet decimas & oblationes prædictorum Monasteriorum terras, vineas &c. Insuper damus tibi, & Collegio tuo Ecclesiam Sancti Stephani de Villa frigida, & Ecclesiam Sancti Emiliani de Oruanelia de Ricos cum Decimis, & oblationibus, & cæteris, quæ ad dictas Ecclesias spectant, vel in futurum spectare debent. Prædi-*

XLI.

Anno 1035. obitus Sanctij.
Ex Marian. de reb. Hisp. lib. 8. c. 14. in fin.
Diuisio Regnorum.
D. Luc. Tuden. Chron. Mundi. fol. 91.

Ferdinandus I. Castellæ Rex in Legionis Regno succedit.

A. Marian. de reb. Hisp. lib. 9. c. 2.

XLII.

B. Ant. de Vepes Chro. Ord. D. Benedicti to. 1. in append. fol. 23. relat. in proc. compulsf compilato vigore litterarū Regalium, & exhibito in actis coram R. P. D. Rondinino 28. Martij 1680 fol. 102.

Anno 1040.
Permutatio Ecclesiarū concessio decimarum, & oblationum, aliarumq. rerum.

Dicuntur spectare pleno Iure ad Regem.

cta omnia tamquam Pleno Iure ad nos pertinentia ex Regia liberalitate, *& ex consensu, & voluntate Iuliani Episcopi Burgensis, & Canonicorum suorum tibi damus, & concedimus pro remedio Animarum nostrarum, & pro Monasterio quod fundatum est in honore Sancti Laurentij in Ciuitate Burgos, quæ tu nobis das in cambio pro dictis Monasterijs, & Ecclesijs cum omnibus ad dictum Monasterium pertinentibus videlicet cum vno furno, terris &c. & nos inspirante Dei clementia pro remedio Animarum nostrarum dedimus Ecclesiæ Burgensi Monasterium prædictum cùm toto vico, & integritate, & cæteris supradictis, intendentes statum Ecclesiæ Burgensis ad maius deducere incrementum &c. facta huius libelli conscriptio sub die Sabbati* 13. *Kalendas Martij era* 1078. (*hoc est anno* 1040.) *Regnante Rege Ferdinando cum Vxore sua cum Vxore sua Sanctia Regina in Legione, & Castella, & in Calæcia.* Hactenus Instrumentum, quod legitur subscriptum à Rege, & Regina, ac pluribus Episcopis, Presbyteris, & Nobilibus Viris, & denique à Notario, qui de illo rogatus fuit.

XLIII.
C. Vepes d.to.1.fol.38. proc. compulf. fol.103. à tergo.

Anno 1062. Donatio Decimarum.

Dat. anno 1062.

In appendice *Chronicæ memoratæ* C. habetur aliud Instrumentum, in quo Rex prædictus vna cum Sanctia coniuge donat Monasterio Sancti Petri de Arlansa Ordinis Diui Benedicti plures Villas cum diuersis exemptionibus omnibusque huius Ordinis Monasterij concedit licentiam Populum ex Aduenis, & Iuuenibus inducendi in eorum Territorijs, seu colonias deducendi, sublata necessitate huiusmodi licentiam vlterius petendi, quam superius diximus, nonnisi à Regibus potuisse concedi, & postmodum progreditur ad donationem Decimarum per hæc verba. *Ergo pro luminaria Ecclesiæ concedimus sine vlla ambiguitate illo decimo de Sancto Stephano de tota illa laborancia ad integrum cum illas casas, quæ sunt de Sancto Petro: similiter autem damus toto illo decimo, quod pertinet ad Palatium de Orcas ad integrum, sic quoque concedimus illo decimo de Tablatello ad integrum, quod pertinet ad Palatium de sua laborancia tota. Hæc suprascripta omnia Decima damus cum suos Excusatos. Cum illo de Barbatello & sic morta quomodo est in Tablatello, & in Sancto Stephano &c. vt nullus homo non sit ausus aliquid inde fraudare. De modo ergo si, quod absit, aliquis homo de quauis progenie, Rex, aut Comes &c. Voluerit disfacere hoc nostrum testamentum, vel scriptum, aut disturbare inde aliquid, vel in modicum quadrantem excommunicatus maneat à Catholica fide, & deleatur nomen eius de libro vitæ &c. facta Testamenti charta in* 12. *Kal. Maij currente era* 1100. (*hoc est anno* 1062.) Hactenus donatio hoc barbaro idiomate concepta, cui subsequitur Regis, & Reginę subscriptio, & confirmatur ab Episcopis Legionensi, & Palatino, subinde ab Aldephonso Vrraca, & Eluira Regis filijs, & ab alijs Nobilibus viris, cum rogitu Notarij.

XLIV.
Anno 1055. Concilium Florentinũ. Legati ibi missi ab Henrico Imperatore.

Conqueruntur de Ferdinando ob vsurpatum Imperatorium nomen.

Legati à Victore Papa ad Ferdinandum.

His fermè temporibus Regnante nempè Ferdinando anno salutis 1055. Victor Papa eo nomine secundus Episcoporum Concilium Florentię coegerat. Ad hunc Conuentum missi ab Henrico II. Germaniæ Imperatore Legati conquesti sunt, non iure agere Regem Ferdinandum, qui se Imperij Romani iure exemptum ferret, ipsumque Imperij nomen arroganter assumeret, petentes proinde, nisi desistat à cæptis, excommunicatione percelli, eiusque Regna Ecclesiastico subici interdicto; Victori, & Patribus ęqua visa petitio; Vnde missi Legati ad Ferdinandum Victoris, & Patrum verbis eum monuerunt vt Imperio deinceps satisfaceret, & Imperatoris nomine abstineret: re in Procerum, Episcoporumque Concilio discussa nutantibus primò sententiis, & plerisque consensibus, annuendum petitis, deinde aduocato Roderico. Diuio, eo adnitente, & perorante, resolutum est libertatem, & Imperium armis, & Iure partum, armis, & Iure tuendum.

Iure

Iure nimirum coram Summo Pontifice, armis aduersus Imperatorem: Dictis facta sequuntur; Rodericus prędictus cognomento Cidus, quod Arabica lingua Dominum significat, rebus tunc & postea in bello gestis longè celeberrimus praeclari consilij Author eiusdem & Propugnator destinatur. Hic cum expedita decem millium lectissimorum Militum manu alijsque Maurorum auxilijs ex illis Vrbibus, quae Regi vectigales erant coactis Pirenei saltibus superatis ostentatione Virium Tolosam vsque amicam Vrbem peruenit, Vnde honestissima legatio Missa ad Pontificem, obtestatum, vt re diligentius perpensa mitteret, qui coram, in re praesenti de Iure Imperij disceptarent, annuit postulatis aequissimus Pontifex; Indeque Rupertum Sanctę Sabinae Cardinalem, vna cum Legatis Imperatoris mittit Tholosam, vbi agitata causa pronunciatum est, decretumque Germanis nullum deinceps ius in Hispaniae Reges fore, vt fusiùs narrat *Marian. A.* quē sequi profitetur *Baronius C.* Longè tamen aberrans ab eius narratione, dum ait ex consulto Principum, & Episcoporum Hispaniae decretum esse, obediendum Pontifici, sicque cessatum ab Imperatorio nomine, & rebellione ab Imperatore Germaniae; Haec autem quae ex antiquioribus Hispanicarum rerum Scriptoribus refert *Mariana* huic operi annectere censuimus, vt omnibus innotescat egregia Dignitas, atque potentia, quibus prę caeteris Hispaniarum Regibus prefulsere Reges Castellae, & Legionis: Cum his enim veris Gothorum Regum successoribus, non cum illis fuit Germaniae Imperatori disceptandum de Supremo Imperij iure, & sanè quid Imperatori cum paupere Aragoniae Regulo, qui tunc temporis (vt diximus) Ramirus Ferdinandi illegitimus frater exiguam ipsiusmet Aragoniae per se non satis amplae Prouinciae particulam obtinebat: Haecque dicta sint, non quia Aragoniae Regibus aliquid detractum velimus, quorum res posterioribus temporibus fuerunt maximè illustres, licet cum illis Regum Legionis, & Castellae nullo vnquam tempore comparandae, sed vt pateat quam absurda sit praetensio his denegandi, ea priuilegia, quae Aragoniae Regibus concessa perhibentur ab Vrbano II. anno 1095. & quibus, ac longè maioribus per tot annos ante imò saecula vsos fuisse constat ex huc vsque narratis Reges Legionis. Sed de his latiùs suo loco dicemus.

> Rodericus Cidus Tolosam petit.
>
> Legati à Ferdinando ad Victorem Papam.
>
> Hispaniae Reges liberi à Germanorum Imperio declarantur.
> A. Lib. 9. cap. 5.
> Annal. anno 1055. lit. D.
> error Baronij.

Defuncto Ferdinando Regnum iuxta illius testamentum trifariam diuisum est: Sanctius natu maximus Castella, Alphonsus Legione, & Garzias natu minimus Calaecia Regio titulo potiti sunt: Vrracę vero, & Eluirae ipsius Ferdinandi filiabus Zamara, & Taurus Vrbes ex paterno legato traditae sunt *A.* De Sanctio narrat *Sandoual. in historia Ferdinandi*, *aliorumque mox dictorum Regnum B.* donasse die 22. Aprilis era 1107. (hoc est anno 1069.) Monasterio S. Petri de Arlanza pręter alias *Decimas* spectantes ad Regale Palatium; haecque donatio confirmatur ab Episcopo Burgensi, alijsque Personis Ecclesiasticis, & praecipuè à duobus Abbatibus sanctitate claris, nimirum Inigo Abbate Monasterij Oriensis Ordinis Diui Benedicti, & a Sancte Cominico nuncupato de Silos. Pręterea ex supra memorato *Antonio de Vepes in Chronica Ordinis Diui Benedicti B.* habetur Instrumentum donationis facta septimo Kal. Septembris era 1108. id est anno 1070. à praenominato Rege Sanctio Ouidlo Abbati Monasterij S. Saluatoris Onię, eiusque successoribus, in qua vltra licentiam (sunt verba Instrumenti) *populandi, & fabricandi Ecclesias in omnibus locis, in quibus haereditates tunc possiderent, vel imposterum acquirerent, omniaque bona, & Ecclesias aedificatas & aedificandas retinendi cum omnibus priuilegijs dicto Monasterio concessis à Sanctio Castellae Comite eius Atauo.* Praeterea donat Ecclesias, & Decimas, per hęc verba: *Adhuc addimus ad honorē Sancti Saluatoris Ecclesiam Sanctae*

> XLV.
> Ferdinandus moritur ann 1065.
> Sanctius Castellae Alphonsus legionis, Garzias Calaeciae Reges.
> A. Marian. de reb. Hisp. lib. 9. cap. 7.
> Anno 1107. Donatio decimarum facta à Sanctio
> B. Sandoual. Hist. Reg. relat. in proc. compulsf. fol. 90. à tergo.
>
> XLVI.
> Anno 1070. alia donatio dicti Regis.
> B. Tom. 5. relat. in proc. compensabili fol. 104 à tergo.
>
> Donantur Decimae.

Cru-

Crucis, quæ eſt ſita iuxtà *Marian.* cum ſuis terminis, *& cum ſua hæreditate, & damus illam decimam de Annanam, & tàm de Sale, quam etiam de Argento, & de totas illas Aluaras, & de foſſaderas, ſiue de ligno, & de quantis çalumnÿs inde acciderint, quæ ad me pertinent, partem decimam ad integrum vt ſic vobis in adiutorium, atque in perpetuum, & decimam partem Coriorum de Vacis, quæ in Palatio meo expediuntur quotidie &c. Hunc autem Teſtamentum fiducialiter confirmo, & roboro, & deinceps (quod abſit) ſi Regali aut Pontificali, vel militari Imperio, aut Comitatu aliquo, ſeu de qualibet perſona, qui hoc factum vel Teſtamentum confringere, aut inde aliquid abſtrahere voluerit, à Catholica fide fiat extraneus, & de libro vitæ deleatur nomen eius &c. Hæc vero ſcriptura firma ac ſtabilis maneas vſque in finem &c.* Subſequuntur ſubſcriptiones Regis, Reginę, trium Epiſcoporum, & plurium Magnatum. Huius donationis meminit etiam *Sandoualius in Chronica Alphonſi VII. C.* ita loquens. *Era 1108. El Rey Don Sancho de Caſtilla da al Monaſtero de Oña licencia paraque puedan edificar Yglesias en ſu Reyno y lleuar los diezmos, y otras coſas barto eſpirituales.*

C. Cap.64. f.179.col.1.

XLVII.

Anno 1073. Sanctius interficitur.
Alphonſus VI. Rex.
à Luc. Tuden. Chron. Mund. in Alphonſo fol. 99 in fine cum duobus ſeqq. Roderic. Tolet. de reb. Hiſp. lib. 6. c. 18. & 30. Marian. de reb. Hiſp. lib. 9. c. 10.

Sanctio qui Alphonſum, & Garziam fratres ab hæreditarijs Legionis, & Calæciæ Regnis exturbauerat, & in exilium abire coegerat, in Zamoræ obſidione hoſtium fraude interempto currente anno ſalutis 1073. Alphonſus ab exilio redux omnibus Regnis potitur, Garzia fratre perpetuo carceri mancipato, in quo poſt annos 20. obijt, vt tradunt præcipui Hiſpani Scriptores: Adeout ex his pateat, quæ fides ſit adhibenda *Marineo Siculo* narranti hunc Garziam fuiſſe à Petro Aragoniæ Rege captum in quodam prælio contra Mauros. Cœterum Alphonſus huius nominis ſextus Caſtellæ Rex modeſtia in ſecundis, ac conſtantia in aduerſis clarior incertum. Perpetuis namque contra Mauros bellis exercitus, & in his Sanctio vnico filio infeliciter interempto, vtramque fortunam ſępiùs expertus eſt. Vna tamen præ cæteris obſidio, & expugnatio Toleti Regię Vrbis, & Maurorum fortiſſimi propugnacoli, quæ plures alias Vrbes ſecum traxit toto Chriſtiano Orbe celeberrima vtpotè quia ad illius famam exciti Itali, Germani, & Galli nomine huic bello dedere ipſi Regi Alphonſo Imperatoris Hiſpaniarum nomen, & gloriam peperit immortalem. *B.*

Toletum expugnatum. Alphonſus Imperator appellatus.
B. Marian. de reb. Hiſp. l. 9. c. 16. Steph. de Parib compend hiſtor tom. 2. lib. 11. c. 17.
B. Compend. hiſt. to. 2. lib 11. c. 23.

XLVIII.

A. Marian. lib. 10. cap. 7. & alii.
Anno 1095: Indultum conceſſum ab Vrbano Secundo Petri Regi Aragoniæ.

Hoc Rege Imperante, qui Imperij annos produxit vſque ad annum 1109. quo ferè octuagenarius deceſſit *A.* perhibent Hiſpani Scriptores fuiſſe conceſſum ab Vrbano II. Petro Aragoniæ Regi, ac Regni Proceribus Indultum diſtribuendi Eccleſias Villarum (ſunt verba Indulti) *tàm earum quas in Saracenerum terris capere potueritis, quam earum, quas ipſi in Regno veſtro ædificare feceritis &c. Tui quoque Regni Proceribus eandem licentiam concedentes, eodemque illam priuilegio, & eadem authoritate corroborantes ſancimus vt Eccleſias quas in Saracenorum terris iure belli acquiſiuerint, vel in proprÿs hæreditatibus fundauerint ſibi, ſuiſque hæredibus cum primitÿs, & decimis propriarum hæreditatum (dummodò cum neceſſariorum adminiſtratione diuina in eis miniſteria ritè à conuenientibus perſonis celebrari faciant) eis liceat retinere, vel quarumlibet Cappellarum; vel Monaſteriorum ditione ſubdere &c.*

XLIX.

Petro Regi Aragoniæ ſuccedit Alphonſus frater Alphonſus moritur. Ramirus frater Alphonſi Monachus, & Epiſcopus.

Huiuſmodi Indultum conceſſum Petro eiuſque ſucceſſoribus non ſuffragari Regibus Caſtellæ, & Legionis, dicunt ambę deciſiones emiſſę in prælibata cauſa Hiſpalenſi vertente cum Abbate de Oliuares, quippè quia hi dici nequeant illius ſucceſſores. At contrarium Iuremerito attentari poteſt, vtpotè quia Petro ſine filijs defuncto ſucceſſit Alphonſus frater, quo pariter defuncto ſuperſtite dumtaxat Ramiro fratre, qui vt refert *Marian. C.* ante quadraginta amplius annos in Tomerienſi Cœnobio Monachalem veſtem

Diui

Diui Benedicti assumpserat,& primum Abbas S.Facundi deinde Burgensis, postmodum Pampilonensis, ac tandem Rotę & Barbastri Præsul extiterat, Alphonsus eo nomine septimus, siue vt alii volunt octauus Castellæ Rex, de quo infra loquemur, successionis Iura in Regno Aragonię propter Ramiri incapacitatem reperens à Sanctio Arauo Rege cognomento maiori(quem supra narrauimus in diuisione Regnorum præfuisse Aragonię Ramirum Auũ pręfati Ramiri Monachi) Aragoniam inuadit, pluribusque Oppidis,ac pręcipuè Cęsaraugusta Regni Sede potitur, Ramiro in suprarbis Montes fugere, coacto, cum quo tandem ea lege pacis fędera composita sunt, vt Calataiuba, Alauona, cęterisque oppidis citra Iberum Alphonso relictis. Ramirus Aragonię Regnum vti Beneficiarius, ac feudatarius Regum Castellę obtineret C. Vnde cum isti in supremo, seu vt vocant, alto dominio Aragonię successerint clarum fit Iure dici posse Petri Successores ad hoc,vt memorato Indulto iuuari valeant. Hincque non mirem, si quampiures Authores, ipsumque Sacrę Rotę Auditorium sine vlla hęsitatione firmarunt A huiusmodi Indultum suffragari etiam Regibus Castellę, seu Hispan. Adeout in quadam Causa Valentina Decimarum ædita coram Pamphilio relata per Iosephum Sesse B. Fuerit quidem reuocatum in dubium an illud vti concessum Petro sub titulo Regis Hispaniarum, suffrugaretur Iacobo Regi tantum Aragoniæ, sed nunquam fuit dubitatum, an illo iuuari posent Reges Hispaniarum, quales fuerunt semper habiti, & reuera fuarunt Reges Legionis, & Castellę veri, ac legitimi (vt sępè diximus) Success ores Regum Gothorum.

Alphonsus Septimus Castellæ Rex.

Inuadit Aragoniam.

Ramirus Rex Aragoniæ Beneficiarius Regis Castellæ.

C. Roderic. Tolet. de reb.Hisp cap.lib.7. Roderic.Sanct. Hist. Hisp. par.3. cap. 31 ante fin. Marian. lib 10. cap. 16. fol. 496. Garib. compend Historial. lib. 12. cap.4.tom 2.

A. Belluf. in specul. Princip. rubr. 13. in § Tractemus nu. 29. Rebuff.de decim.q.13.numer. 110 Solozan. de gubern.Indiar.lib.3.c.1. & loquendo de Sancto Rege Ferdinando Noguerol. alleg 39 nu.10. Rot. in Pacen. decimarum coram Sacrat. in rec par 3.dec 202.nu 4. R.P.D. de Luca de decim.disc.1.

B. Ioseph Sesse decis. Aragon. 162 par.2.

L.

Cœterùm inanem aaborem assumimus, dum ex tot dispositionibus superiùs cc̃ensitis, satis liquet ius distribuendi Ecclesias, siue recuperatas è manibus Saracenorum, siue fundatas ab ipsis Regibus fuisse penes eosdem longè antequam huiusmodi Indultum concederetur, Imò Sedes Episcopales,quæ in Indulto leguntur exceptæ, patet fuisse sub Patronatu Regum Legionis, adeout de illis liberè disposuerint, siue eas transferendo de vna Vrbe ad aliam, prout Froila Regnante contigisse, docuimus anno 757. siue vnam adiungendo, & donando alteri, prout ex donatione Sedium Episcopalium Bracarensis, & Auriensis, cum suis Ecclesijs, quæ Maurorum iugo præmebantur facta Ecclesiæ Lucensi ab Alphonso III. cognomento casto anno 830: confirmata ab Ordonio II. anno 915. fuit suo loco demonstratum, siue eisdem præficiendo Episcopis, vt ex pluribus exemplis deduximus, & iuxta decreta sexti Concilij Toletani fuerat eisdem permissum. Dispositiones vero Decimarum illarum Ecclesiarum, quas in Saracenorum terris iure belli quęsiuerant, vel in proprijs hæreditatibus fundauerant,pariter ad Reges præfatos pertinuisse ante dictum Indultum, constat nedum ex Donationibus Ecclesiarum, & Monasteriorum cum suis terminis, & hæreditatibus, in quibus etiam decimę continebantur, vt ex deductis *per Sandoualium in Chronica Alphonsi VII.* comprobauimus; Verum etiam ex donationibus ipsarum decimarum hactenus deductis, cum alijs mox addendis donationibus, & dispositionibus factis à prænominato Alphonso VI. Hispaniarum Imperatore, quo (vt diximus) Regnante Indultum emanauit.

To.2.lib.11.c.21.

LI.

Explicatio Verbi labor.

Cæterum quia in donationibus referendis Donatores sæpè dicunt donare decimam suorum laborum. Hinc vt germanus sensus, & significatus huius vocabuli ab ignaris Hispani Idiomatis percipiatur, sciendum est Hispaniæ Reges habuisse proprios agros, prout etiam eorum Proceres quos coli curabant. Hęc autem agrorum cultura Hispano Idiomate, *labor del Campo* appellatur; vndè quoties legerè occurreret quemquam donare decimam sui laboris, donasse intelligendus est decimam fructuum, qui ex suorum

rum

rum agrorum cultura colliguntur. Hæc ad intellectum verborum modo Alphonsi gesta prosequamur; Cupiens Iste vrbis Toletanæ in potestatem redactæ antiquum splendorem, & Ciuium Christianorum frequentiam reddere, condidit leges municipales seù statuta, quæ Hispani *fueros* appellant & in his plura priuilegia & tributorum immunitatem Incolis concessit. Hæc autem statuta, & priuilegia, quæ in Tabularijs Toletanis Seruantur, vt testatr *Marian B.* & vnacum *Mariana Stephanus de Garib. C.* illorum integrum tenorem referens, duo continent capitula Regis dominium super decimis præferentia; In altero enim concedit Clericis diurnis, & nocturnis horis præces pro Christiano Populo ad *D*eum fundentibus, vt omnes suas retineant hæreditates liberat & exemptas à solutione Decimarum. In altero mandat, vt Agricolæ, & vinearum cultores soluant ipsi Regi decimam partem frumenti, ordei, & vini, & non vltra. In his obseruandum quod eximit Clericos pręfatos à solutione decimarum, quod vtique facere non poterat, prout neque cogere Agricolas, & vinearum cultores ad solutionem earundem ex fructibus prænominatis, in quibus consistunt decimæ spirituales *A.* & eximere ab alijs nisi earum dominium penes ipsum Regem fuisset, sed istarum legum æditio ponitur *à Mariana sub anno* 1091. Vnde ne ordinatam temporum seriem inuertamus, ad ea quæ præcesserunt narrationem referamus: memorat *Sandoualius in historia cuius titulus est*: *Historia de los Reyes de Castilla y de Leon Don Fernando el magno Primero d'este nombre Infante de Nauarra*: *Don Sancho que moriò Sobre Zamora*: *Don Alonso Sexto d'este nombre Doña Vrraca hija de Don Alonso Sexto*: *y Don Alonso Septimo Emperador de las Españas &c.* memorat inquam in hac historia *B.* Alphonsum, siuè vt ipse vocat Aldephonsum prædictum eo nomine VI. donasse era 1115. (hoc est anno 1077.) die 26. Martij Monastero Sancti Vincentij Ouetensis decimas, quas ipse possidebat in Asturijs, addens subscriptionem, seù confirmationem per hæc verba: *Ego Aldephonsus Imperator totius Hispaniæ hanc chartam manu mea confir.* Deinde idem Author prosequitur *C.* Ferdinandum I. Hispaniarum pariter Imperatorem reliquisse suis filiabus (quas suo loco fuisse meminimus Vrracam, & Eluiram) decimas & patronatus Ecclesiarum Regni Castellæ, & præ cæteris Ecclesiam Sancti Martini vrbis Aucensis. Hancque pręfatæ filiæ volentes ex montium latebris, quo motu Saracenorum fuerat translata, transferre ad loca plana Ciuitatis Burgensis in Oppido nimirum Gamonæ, vbi Ecclesiam Beatæ Mariæ dicatam ędificauerant hanc translationem peregrè anno 1074. pręsente Alphonso Imperatore earum fratre cùm Pręlatis, alijsque viris Principibus, inter quos Rodericus Diacius cognomento cidus, cuius translationis, & respectiuè donationis decimarum, & Ecclesiarum pauca verba relata *à Sandoualio* subdimus, quę in substantia ita se habent: *Nos Donna Varraca, & Donna Eluira filiæ magni Imperatoris Ferdinandi, damus Eeclesiam Sanctæ Mariæ de Gamona ad innouandam Sedem Episcopalem, quæ prius apud Aucensem vrbem noscitur fuisse constructam, & à Saracenis destructam necnon decimas, Ecclesias, & possessiones, quas damus, sicut accepimus à Patribus nostris Ferdinando Rege, & Sanctia Regina*: Cęterum Alphonsus mox dictus Imperator volens illustriorem reddere Ciuitatem Burgensem, & in nobiliori loco constituere Ecclesiam Aucensem anno 1078. die eam transtulit in Ciuitatem Burgensem intra Palatium Regale, & dote locupletauit, verba Regis Hispano idiomate relata à *Sandoualio A.* ita latinè sonant: *Ego Alalphonsus Dei gratia Hispaniam Rex filius Imperatoris Ferdinandi magni, & Reginæ Donuæ Sanctiæ pro meorum peccatorum remissione, & propter immensum amorem quo Deum prosequor, decreui Regum Domino iuuante Episcopatum*

LII. Anno 1091. Leges municipales vulgo fueros Toleti. B. De ręb. Hisp. lib. 9. cap. 18. ante fin. C. Compend Histor. to. 2. lib. 11. cap. 21. Clerici eximuntur à solutione decimarnm. Decimæ soluendæ Regi ab Agricolis.

A Barbos de offic. Paroch. par. 3. cap. 28. §. 1.

LIII. B. Fol. 38. col. 1. §. en era 1115. proc. compulf. fol. 91.

Anno 1077. Donatio Decimarum.

LIV. C. Sandoual. eadem hist fol. 44. à terg col. 1. in princ. d. proc fol. 91. Decimæ, & patronatus Ecclesiarum Regni Castellæ concessa Regijs fialiabus. Anno 1074. Translatio Ecclesiæ Aucensis facta ab vrraca, & Eluira.

Tenor translationis.

Transferuntur decimæ & Ecclesiæ.

LV. Episcopatus Aucen. translatus in Burgen. ab Alphonso 6. anno 1078.

A. Histor. cit. fol. 44 à terg. & in proc. fol. 91. à terg.

tum

tum Aucæ, qui retroactis temporibus fuit à Mauris destructus, in Burgensem immutare, & renouare, eumque Deo propitiante ampliare, ac Domum Sedis Sanctæ Mariæ in meo Palatio ædificare, deindè (*inquit Sandoualius*) cotfirmat bona iam acquisita, assignat Palatium, ad hoc vt ibi in perpetuum permanere deberet Sedes Episcopalis cum eodem iure, & aurhoritate, quibus posita fuerat in Ciuitatę Aucę, atque vt iure vocari posset mater Ecclesiarum, & esset Caput Dięcesum totius Castellę, concedit illi omnes Ecclesias Ciuitatis Burgi cum suis cęmeterijs, domibus, hęreditatibus, & beneficijs, quę ex largitione, & oblatione fidelium acquisiuissent; subijcit eidem omnes Ecclesias Castellę, & decernit vt eius Canonici, & Clerici omnibus alijs Regni Castellę dignitate antecellant, & hęc omnia confirmantur subscriptione Regia & duarum Sororum Vrracę, & Eluirę, Episcopi Palentini, ac plurium Magnatum. Ita *Sandoualius* qui in alia Chronica *B.* cuius titulus est: *Primera parte de las fundaciones de los Monasterios del glorioso P.S.Benito que los Reyes de España fundaron, y dotaron &c.* refert Priuilegium confirmationis omnium bonorum, & exemptionis à quibuscumque pedagijs concessum ab Alphonso era 1118. (hoc est anno 1080.) præsente Ricardo S.R.E. Cardinali, & legato Monasterio Senonensi alias Sancti Facundi, eiusque Abbati Bernardo, (qui postea fuit Archiepiscopus Toletanus) in quo priuilegio anathematis fulmen infligitur, cuicumque illud violare præsumpserit, siuè ille Rex, siuè Episcopus fuerit, Itidem in Chronica eiusdem Ordinis Diui Benedicti *Authore Antonio de Vepes B.* refertur aliud Priuilegium ab eodem Rege concessum era 1120. id est anno 1082. in quo Rex ait, præfatum Monasterium seù eius Ecclesiam exemisse ab omni Regali & Ecclesiastica potestate, eamque subiecisse Romanæ Ecclesiæ, cumque alia maiora beneficia ipsi conferre cogitaret, subdit fuisse rogatum à Bernardo Abbate, & Monachis, vt leges, & statuta præscriberet eidem Monasterio, inseque precibus annuendo plura constituit, vt patet, ex eodem priuilegio. Cæterum omnium illustrius Regiæ pietatis, & munificientiæ, atque insuper authoritatis disponendi de Ecclesijs, & decimis monumentum refert *Sandoualius in præcitata Historia Regum Castellæ A.* Postquam enim Toletana Vrbs fuerat à Maurorum iugo subtracta actum fuit in celebri, ac frequenti Episcoporum, & Procerum conuentu ab Alphonso imperatore congregato de creando illius Præsule, omniumque suffragio delectus est memoratus Bernardus S.Facundi Abbas. Verum pijssimus Princeps, vt Imperialis vrbis Cathedralis Ecclesia, quam omnium Hispaniarum Ecclesiarum Matrem destinabat, non minus spirituali iurisdictione, quam diuitiarum, ac potentiæ fulgore splendesceret. egregiam, arcium, oppidorum, municipiorum, Ecclesiarum, & decimarum donationem fecit Bernardo Præsuli, eiusque Ecclesiæ, ac Clericis, in ea honestè viuentibus, illius meminit *Marian. B.* plura ex dictis Oppidis, & municipijs enumerans, & integer tenor habetur, nedum *ex Sandoualio C.* verũ etiam ex authentico exemplo desumpto ex tanbularijs Sanctæ Ecclesiæ Hispalensis *D.* cuius pauca referemus. In illius namque prohemio Alphonsus fuse narrat vrbem Toletanam quæ per annos 376. sub Maurorum tirannide gemuerat, fuisse per ipsum diuino iuuante numine post sexennale bellum armis, & fame expugnatam, deinde cogitasse prisco restituere splendori Ecclesiam Beatę Marię Dei Genitricis, ac propterea conuocasse, ac pręscripsisse Episcopis Abbatibus, & Proceribus sui Imperij, vt die 18. Decembris conuenirent Toletum, vbi concordi consensu deligeretur Archiepiscopus probatę vitę, & sapientię vir, & mezquita à Demonis potestate subtracta, veterique superstitione ritu christiano expiata, Dei Templum euaderet, ipsoque dicto parentes conuenisse pręscripta die, & con-

Donatio Ecclesiarum facta Cathedrali Burgen.

Conceditur eidem iurisdictio super Ecclesijs Castellæ.

Præeminentia Canonicorum eiusdem.

B.Fol.57.& proc.f.109.

LVI.

Exemptio concessa Monasterio Senonensi anno 1080.

Præsente Ricardo Cardinali Legato.

B.To.6. fol. 468. proc. fol. 104 à tergo.

LVII.

Anno 1082.

Priuilegium concessum Monasterio Senonensi.

Exemptio eiusdem à potestate Ecclesiastica, & Regali.

Rex constituit leges seruandas in d. Monasterio.

A. Sandoual. d. Histor. Reg. Castellæ fol. 92.

Creatio Præsulis Toletani.

LVIII.

Anno 1086.

Donatio Ecclesiarum, & decimarum facta Ecclesiæ Toletanæ.

B.Lib.9.cap.17.

C.d.Hist.Reh. Castellæ fol. 45. col. 1. & proc. compuls fol. 92.

D. Proc. compulf. in causa de oliuares f 155.

Prohemium donationis

Narratur expugnatio Toleti, & creatio Præsulis.

concordi omnium consensu fuisse electum Bernardum, Ecclesiamque dicatam Beatę Marię, Petro Apostolorum Principi, & Stephano Prothomartyri. Post hęc sequitur donatio, quę ita concepta est: *In quorum præsentia Episcoporum, & Collegio meorum Primatum, Ego Aldephonsus gratia Dei totius Hispaniæ Imperator facio dotem donationis Sacrosancto Altari Sanctæ Mariæ, & tibi Bernardo Archiepiscopo, necnon & omnibus Clericis hoc in loco honestam vitam ducentibus pro remedio animæ meæ, & Parentum meorum villarum quarum hæc sunt nomina*: sequitur earum descriptio, quę vti ad rem non facientes omittuntur; deinde prosequitur: *Insuper decimam partẽ meorum laborum quam habuero in hac Patria, & tertiam partem decimarum omnium Ecclesiarum, quæ in eius Diæcesi fuerint consecratæ. Similiter, & omnia Monasteria, quæ fuerunt in hac Ciuitate constructa, siuè Deo dicata, tuæ prouidentiæ omni modo prospicienda esse mando. Hoc autem etiam adhuc ad cumulum honoris addo, vt Episcopos, & Abbates, seu & Clericos Imperij qui præerit huic Ecclesiæ, prouideat iudicando &c. facta serie testamenti era 1124. id est anno 1086. die decima quinta Kal. Ianuarij*. Sequitur subscriptio Regis, quam plurium Procerum, & Magnatum, ac trium, & viginti Episcoporum, inter quos Archiepiscopus compostellanus. Hęc de Alphonso; alijsque Regibus Prędecessoribus ante Indultum Vrbani II. concessum, vidimus anno 1095. Nunc ad posteriora transeamus Tradit Sæpè memoratus *Sandoualius* prius Monachus Sancti Benedicti, & deinde Episcopus Pampilonensis acuratissimus antiquitatum Indagator, vt potè quia eius Chronicæ, & Historiæ sint, vt plurimum desumptę ex antiquissimis, & authenticis documentis, tradit inquam *in Chronica Alphonsi VII. A.* præfatum Alphonsum VI. post recuperatam vrbem Toletanam, vti illius, eiusque Territorij Dominum habuisse ius percipiendi decimas, easque percepisse, ad cuius comprobationem subdit, quod era 1169. idest anno 1101. decimo tertio Kal. Aprilis. Hic Alphonsus appellans se totius Hispanię Imperatorem concessit priori Populo Mozarabum eiusdem vrbis Priuilegium, quo illis indulget, vt imposterum retineant omnes terras, vineas, & hereditates, quas illuc vsque possederant, ea tamen lege, vt soluant decimam Cameræ Regali. Mozerabes, (pro intelligentia vocabuli appellabantur illi, qui Christianam Religionem sequentes sub Maurorum Imperio vixerant)

Tenor Donationis.

Donatio decimarum.

Donatio Monasteriorum.

Concessio iurisdictionis super omnes personas Ecclesiasticas sui Imperij.

Dat. 15. Kal. Ian. anno 1086.

LIX.

Dispositiones factę post indultum Vrbani II.

A. Sandoual. chronic. Alphonsi VII. cap. 66. fol. 183.

Anno 1101.

Alphonsus mandat Populo Mozarabum nuncupato, vt soluat decimam Regi.

Mozarabes quales.

Neque huiusmodi potestas in solis Regibus stetit *ex Chronica enim Antonij de Vepes B.* habemus tenorem donationis decimarum factæ hoc ipsomet anno 1101. à Ximenia Diacia vxore defuncti Roderici Cidi, Ecclesiæ Cathedrali Ciuitatis Valentię, eiusque Præsuli Hieronymo Petragorio, qui cum primum ea vrbs Cidi virtute, & armis à Mauris erepta est, fuerat ab eodem Cido Episcopus nominatus *A.* In hoc donationis instrumento, quod *Antonius Chronista* desumpsisse testatur ex tabularijs Salmanticensibus, Ximenia tam nomine proprio, quam filiorum, & Nepotum nedum concedit, & donat omnes illas decimas, quas Rodericus eius vir eidem Episcopo, & Ecclesiæ donauerat, sed insuper addit decimas omnium rerum quas acquisierat, & imposterum ipsa, eiusque filij, filiæ, & Nepotes forent acquisituri per terram (vt loquitur Donatio), & per mare; *immediatè enumerans species fructuum, ex quibus decimæ erant soluendæ, videlicet, de pane, & vino, oleo, vel fructibus de Hortis, & arboribus, quæ terra fructifera profert &c.* cum alijs quę omittuntur, rogans in fine donationis prenominatum Episcopum, vt anathematis gladio feriat illius violatores, & Episcopus illos anathematizat, excommunicat, & à gremio S. Matris Ecclesię separat, vt in eo latius habetur. Ex hac donatione tria notanda. Primum quod ex illa dignoscitur præcessisse aliam similem donationem Roderici Cidi; Secundum quod

B. Anton. de Vepes in chronic. Ordin. D. Benedicti tom. 6. cent. 6. fol. 490. & proc fol. 107

Anno 1101.

Donatio decimarum facta à Ximenia Diacia & filijs.

Hieronymus Episcopus Valentin. nominatus à cido.

A. Marian. de reb Hisp. lib. 10. cap. 3. ante fin. & cap. 4. fol 462.

Tenor donationis decimarum.

Species fructuum decimabilium.

Notabilia.

quod decimarum dominium non solum penes Reges Castellę, & Legionis, verum etiam penes eorum Proceres fuit, qualis sine controuersia extitit Rodericus, vt omnium Historicorum monumenta testantur. Et tertium quod vbi in huiusmodi donationibus donari dicuntur decimæ rerum quas aliquis acquirit per mare, & per terram, prout dicitur in præfata donatione, & dictum fuit in donationibus infra referendis Sancti Regis Ferdinandi, quæ huic scripto occasionem præbuere, non intelliguntur donatæ decimæ vectigalium, seù pedagiorum, prout ad scribentium suggestionem interpretatæ sunt Sacræ Rotæ decisioues, sed decimæ spirituales, quales sunt illæ, quæ ex vino, pane alijsque fructibus in mox relata donatione descriptis colliguntur. His obiter explicatis, ad chronicam præfati *Antonij de Yepes* redeamus.

Ius decimandi etiam penes Proceres.

LXI.

B. Dicto to.6. cent. 6. fol.494. à tergo relat. in proc. fol. 207. pariter à tergo.

Comes Raymundus frater Comitis Burgundiæ.

C. Marian. de reb Hisp. lib.10. cap.1. fol.453. & seq.

Refert ipse *B.* aliam similem donationem factam sequenti anno 1102. è Raimundo Comite eiusque vxore vrraca filia Imperatoris Alphonsi, Ecclesiæ Salmanticensi, eiusque tunc Episcopo Hieronymo Petragorio, qui ex Sede Valentina iterum à Mauris occupata, fuerat ad hanc Salmanticensem promotus. Dictus Raymundus Burgundionis Comitis frater, studio nauandæ operæ in bello contra Mauros incitatus ex Gallia in Hispanias aduenerat, ibique Regiæ filiæ connubio iungi, & Calæciæ pręfecturam nomine Comitis à Socero Rege obtinere meruit, & ab eo Iussus Salmanticam Vrbem restaurare, illam restaurauit *C.*

LXII.

Anno 1102.

Donatio Ecclesiarum, & decimarum facta à Co: Raymundo & Vrraca vxore filia Alphonsi Ecclesiæ Salmanticensi.

Donatio Decimę.

Indeque Cathedralem Ecclesiam ipse, & Vrraca vxor volentes pristino splendori restituere, donauit dicto Præsuli, & Ecclesiæ omnes Ecclesias, seù Clericos Ceumoræ, & Salmanticæ cum tota illa Diœcesi, quam ipse Episcopus possidebat, & imposterum acquirere posset; Præterea donat villas, census, & denique ita prosequuntur *Insuper donamus vobis decimam partem nostrarum frugum tam panis quam etiam omnis operis nostri &c.*

LXIII.

Anno 1107.

Dicta donatio confirmata ab Alphonso præsente Bernardo Legato Apostolico.

A. d. Hist. Reg. Castell. fol. 76. & 78. relat. in proc. fol. 93. à tergo.

Præfatio confirmationis.

Restauratio Salmanticę

Narratur electio, seu promotio Hieronymi ad Episcopatum Salmanticensem.

Dicitur electus à Raymundo Co. Tenor confirmationis.

Nec donatio, quę facta legitur era 1140. id est anno 1102. & subscripta à Donatoribus, alijsque viginti primoribus viris post quinquennium nempè anno 1107, fuit confirmata, & aucta (*vt narrat Sandoualius*) *A.* in concilio Legionensi ab Alphonso VI. adstante, & vnacum alijs pluribus Episcopis rogante, & approbante Bernardo Archiepiscopo Toletano tunc S. R. E. Cardinali, & Legato. In istius confirmationis, ac insimul donationis proemio habetur ex verbis Regis narratio restaurationis Salmanticæ, & promotionis Hieronymi Petragorij iam Episcopi Valentini ad eius Præsulatum, pręuia electione facta à pręfato Raymundo Comite tunc defuncto, eiusque vxore Vrraca *Hæc sunt verba sub Imperio omnipotentis Dei &c. Ego Aldephonsus gratia Dei Hispaniarum Imperator vnacum coniuge mea Isabel eiusdem Hispaniæ Regina vobis D. Hieronymo Episcopo, vestrisque successoribus Salmanticæ legitimè permanentibus perfectionem, & confirmationem Salmanticam. Siquidem Vrbem diutino tempore Paganorum feritate destructam, nulloque Habitatore cultam Raymundum bo. me. Comitem vnacum coniuge sua Vrraca mea filia restaurare. Ibique Dominum Hieronymum Religiosum virum quondam Valentiæ Vrbis sub Roderico milite Antistitem Ecclesiæ Rectorem delegisse, Hispaniarum angulus ferè nullus ignorat.* Post hæc recenset species rerum donatarum ab ipso Comite Raymundo, & præ cæteris decimas, vt ibi dicitur *sui laboris*; Postremò subditur eundem Regem in Concilio Legionensi (in quo hęc peragebantur) *Reuerendissimo Toletano Archiepiscopo* sunt (verba Priuilegij) *Bernardo Cardinali atque S.R.E. Legato totius Hispaniæ Legationis Sanctissimi celebrante Concilium, atque flagitante cum cæteris Pontificibus, Vrbem Zamoram, quæ antiquitus Numantia vocatur, & vniuersa, quæ tunc Imperatoris diebus in eadem Vrbe ab ipso Episcopo obtinenda possidere videbantur his subsequentibus terminis concessisse.* Hic termini describuntur, & deinde *Sādo-*

doualius inquit Hæc omnia ſupradicta Imperator prædictus diuæ mem. Aldephonſus in ſuis conſilijs, pia miſericordia ſubnixus, prece Religioſorum Archiepiſcoporum, ſeù Epiſcoporum, & Abbatum conſiderans præfati Pontificis multifariam bonitatem, atque multifariam charitatem, & quia eam *a Paganorum feritate liberauerat, pro reſtauratione Salmanticæ Eccleſiæ in præſentia omnium ſeniorum circum exorantium conceſſit*) Addit ſubſcriptionem Alphonſi, Bernardi Legati Apoſtolici, & aliorum quamplurium Epiſcoporum, & tandem, vt huius pijſſimi Regis geſta concludam, tradit idem Author *B.* Era 1140. (hoc eſt anno 1102: die 26. Maii ipſum *A*lphonſum confirmaſſe donationem omnium decimarum Fiſco Regali debitarum in *A*ſturijs factam à Rege Ferdinando Patre Cænobio Sancti Vincentij Ouetenſis Ordinis *D*iui Benedicti, & deſcripſiſſe terminos, intra quos decimæ colligi, ſeu exigi debebant. Ex his omnibur aſſequimur, glorioſiſſimum Imperatorem *A*lphonſum tam ante quam poſt conceſſionem indulti Vrbani II. prout etiam illius ſorores, & Proceres vſos fuiſſe ipſiſmet Priuilegijs in indulto conceſſis, alijſque longè maioribus, & quidem ſcientibus, vt par eſt credere ipſiſmet Summis Pontificibus.

LXIV. Anno 1102. B d Hiſt Reg. Caſtell. fol. 90. & in proc.f.91. Anno 1102. Alphonſus confirmat donationem decimarũ factam a Ferdinando Patre. Reges Caſtellæ eorumque Proceres diſpoſuerunt de decimis ante, & poſt Indultum Vrbani Secundi.

LXV. Legati Apoſtolici in Hiſpanias miſſi. Anno 1079. Richardus Cardinalis Abbas Maſſimilianſis bis Legatus. A.Baron. Annal. tom. 11 anno 1079. fol. . lit. D. cum ſeqq. B. Annó fol. 534. lit. D. Literæ a Gregorio Papa VII. ad Alphonſum cum muneribus humilitas, & obedientia Alphonſi in illis laudata. Tenor literarum.

His namque temporibus frequentes ab illis Miſſę Legationes in Hiſpanias. Siquidem à Gregorio VII. bis miſſum Richardum S.R.E. Cardinalem *A*bbatem Maſſilienſem, teſtatur *Baronius*, prima ſcilicet vice 4. Nonas Ianuarij anno 1079. & ſecunda vice 18. Kal. Nouembris eiuſdem anni *B*. In hac poſtrema legatione datæ ad *A*lphonſum literæ Pontificię, & cum illis dono miſſa aurea clauicula (more maiorum ait *Baronius*) catenę Sancti Petri ramentis refecta. Ex his literis pauca, quę de ſublimi *R*egis humilitate, & fideli obedientia erga Sedem *A*poſtolicam Sanctus Pontifex pręfatur, audiamus *Omnipotenti Deo laudes; & gratias agimus, qui gloriam veſtram gratiæ ſuæ viſitationis illuſtrans Beato Petro Apoſtolorum Principi fide, ac deuotione conuinxit, qua de re, & vobis merito gaudendum eſt, quoniam eo ampliora vobis parata ſunt Præmia, quo diuina dignatio correctionem Regni veſtri, quod diu in errore perſtiterat vſque ad veſtra reſeruauit tempora, vt veritatem Dei, & iuſtitiam, qua illi, qui vos præceſſerunt Rectores, & Principes, & vniuerſus populus tot annis cum cæcitate ignorantiæ, tam obſtinata temeritate caruerant, veſtra mereretur ſuſcipere ſublimis humilitas, & fidelis obedientia; Verum, quia omne opus bonum, non tam ab inceptu, quam ex fine ſuo retributionis debitum ſpectat Excellentiam veſtram paterna charitate monemus, vt quod à legatis noſtris de Religione fidei, & Eccleſiaſtici Ordinis accepiſtis, & adhuc Deo authore accepturi eſtis, & firmiter teneatis &c. & quidem de vobis bene ſperamus, quoniam relatione dilecti filij noſtri Richardi Cardinalis Præsbiteri S.R.E. quem nunc ſecundò ad vos mittimus bonam voluntatem vos habere perſpeximus &c.* Deinde alia addit, quibus Regem ad contemptum rerum huius temporis, & amorem æternarum hortatur.

LXVI. Cauſa legationis.

Legationis miſſio huc pręcipuè ſpectabat, vt inolitam in Hiſpaniis conſuetudinem ab ipſis Gothorum temporibus celebrandi diuina Officia ritu diuerſo ab eo, quem veteres Eccleſię leges ſanciuerant, & Romana Sedes ſeruabat: radicitus euelleret: De his aliquid actum cum *A*lphonſo in prima legatione, qui vt ex præfatis literis noſcitur, ſe Pontificis mandatis obſequentem prębuerat, verum cum deinceps cuiuſdam *R*oberti cluniacenſis Monachi perſuaſione *R*omanum ordinem recipere detrectaret, necnon vxoris ſuę conſanguineam in coniugem accipere concupiſceret, & *R*ichardus Legatus, *R*egis deſiderio obſiſtere, conatus indigna ſuo munere pati coactus eſſet Gregorius, vt refert *Baronius A.* acerrimus vindex canonum inſurrexit, & literas Eccleſiaſticę ſeueritatis, & conſtantię ſacerdotalis vigorem

Alphonſus recipere detrectat officium Romanum. Vxoris conſanguineæ nubere cupit. Obiurgalus à Gregorio Papa. A. Baron. anno 1080. fol. 552. d. cũ ſeqq.

rem planè redolentes, ad Regem dedit, ad eo vt ipse *Baronius* post relatum carum tenorem, subdat magna admiratione dignum esse Gregorium, qui adeo celso, & inuicto animo perstiterit inter moles angustiarum. vt cum magis premereretur à Principibus (tunc enim acerrima Henrici Germaniç Imperatoris, & aliorum *Principum* persequutione afflictabatur) in alios Principes, quos sibi allicere debuisset, & blanditiis reddere obsequentes, nihil remiserit vigoris Ecclesiasticc seueritatis, & constantiæ sacerdotalis, quin In eos toto anjmo, cunctisque viribus vindex legum insurgeret: *At* quam magna, hęc (prosequitur ipse) exestuantem in *Rege* libidinem coercere; quamque perardua ab inolita antiquitus consuetudine. *Regem* cum populo reuocare, cum præsertim non deessent, qui illi fauerent, viri docti, atque instituto vitę sanctissimi, quam insuper insolitum flectere posse *Regem* ab ea, quam totis viribus defendendam sententiam suscepisset? &c. *Atta*men Gregorius *Papa* in Catholico *Rege* Dei ope fultus isthęc omnia superauit, quod proprium sit Catholici Prjncipis à capite non discisсire, sed catholicę Ecclesię *Antistiti* monenti annuere, atque pręcipienti ob temperare, sicut ille fecisse cognoscitur. Magnanimitas Gregorij PP.

LXVII. Alohonsus obsequitur Pontificis mandatis. Munera mittit ad S. Petrum.

Constat enim à *Rege* Catholico *Alphonso* in omnibus cumulatè satisfactum Gregorio Papę, nempè vnacum suis suscepisse seruandum in diuinis Officijs *Romanum* Ordinem, vxorem diuersam à consanguinea defunctæ coniugis accepisse, insuper, vt Sancto Pontifici se arctius insinuaret, munera mississe, Regia digna munificentia ad Sanctum Petrum. Constat hęc de recepto *Romano* Ordine, atque muneribus, ex alijs eiusdem Papę literis anno sequenti(hoc est anno 1081.)ad eundem Regem *Alphonsum* datis. De coniuge vero ex his, quę scribit *Tudensis* &c. Hæc *Baronius*, qui deinde inserit literas mox citatas, in quibus *Pontifex* summopere *Regi* gratulatur quod in Ecclesijs Regni sui matris omnium Sanctę *Romanę* *Ecclesię* ordinē recipi, & ex antique more celebrari fecerit, subdens *quod tamen gaudium de sapientia tua multo cumulatius referimus, cum tuæ hnmilitatis illustrem famam memoriæ interdum reduximus, & eam virtutem, quæ cum Regia potentia vix, aut rarissimè capi sub vno domicilio consueuit in corde tuo morari consideramus* Deinceps, quia *Rex* quandam personam in *Archiepiscopum* eligere destinauerat, de quo ad eundem Gregorium Papam scripserat. Hic respondens ait *De illa autem persona, quæ in Archiepiscopum fuerat eligenda dicimus, licet satis prudens, & liberalis videatur, tamen(quemadmodum nobis notum est, & literæ tuæ non negant) disciplina fundamenta videlicet literalis scientiæ peritia indiget, quæ virtus, quam sit Episcopis, verum etiam Sacerdotibus necessaria, ipse satis intelligis, cum nullus sine ea, aut alios docere, aut sese possit defendere. quapropter Serenitatem tuam studere opportet, vt cum consilio præfati Legati nostri Richardi Massiliensis Abbatis, aliorumque Religiosorum virorum eligatur inde (nempè ex Regnis Hispaniæ) si inueniri potest, sin autem aliunde expectatur talis persona, cuius Religio, & doctrina Ecclesiæ vestræ, & Regno decorem conferat, & salutem. Neque vero te pigeat, aut pudeat extraneum forte, vel humilis sanguinis virum (dummodo idoneus sit) ad Ecclesiæ tuæ regimen, quod propriè bonos optat adscire, &c.* Ita Gregorius *Papa* in hac *Epistola* ex qua pręter alia infra ponderanda, noscitur *Episcoporum* electionem, seu nominationem ad Regem spectasse, dum *Papa* ab electione illius personæ in *Archiepiscopum*, quam Rex animo conceperat, eum hortatur, vt alium quantumuis extraneum, & humilis sanguinis virum suæ *Ecclesiæ* adscire non pigeat, ipsi *Regi* insinuat. Cœterum Richardus legationis munus obiuit vsque ad obitum eiusdem Gregorij, nempè vsque ad annum 1087. quo victor eo nomine tertius ad summum

Aliç literæ Gregorij Papæ in quibus Regia humilitas, & virtus laudatur.

LXVIII. Epistola Gregorij in qua hortatur Alphonsum, vt in Archiepiscopum virum doctum eligat.

Ius nominandi Episcopos spectabat ad Regem.

LXIX. Richardus Legati munus gessit vsque ad annum 1087.

Apo-

A.Marian.de reb. Hisp. lib.10.cap.6.
Alphonsus in custodiā tradit Pelagium Episcopum compostellæ.

Apostolatus apicem euectus est. constant hæc ex traditis à *Mariana A.* Narrat ipse quod *Alphonsus* Rex *Pelagium* Episcopum Compostellanum inquieto, ac turbido ingenio virum factionibus seruientem in custodiam tradiderat. Hincque Richardus Cardinalis, quem à Pontifice in Hispaniam legatum diximus, Episcoporum Concilium Compostellæ coegit, in quo prędictus *Pelagius* spontè abdicare visus est, & in eius locum Petrus Cardinensis Abbas cooptatur. Vrbanus Pontifiex re cognita factum accusat pręcipiti temeritate. Cardinalem legatum grauissimis verbis castigat. Ad Regem litteras dat hoc exemplo, Ita *Mariana* subdens litterarum tenorem, ex quibus ea, quæ de Alphonsi gestis contra Mauros ipse Papa profatur, audiamus, vt pateat quantum ab errent illi, qui in controuersijs in Sacro Roræ Auditorio agitatis, dicebant, eatenus non fuisse ab Vrbano concessum Regibus Castellæ Indultum, qood Petro Aragoniæ Regi concessum legitur, quia hic solus contra Saracenos acriter dimicabat, Audiamus igitur Vrbanum, qui sic loquitur. *Duo sunt Rex Ildephonse ? quibus principaliter mundus hic regitur; Sacerdotalis dignitas, & Regalis potestas; Sed sacerdotalis dignitas Fili carissime, tanto potestatem Regiam antecedit, vt de ipsis Regibus hominum rationem posituri simus Regi vniuersorum, quapropter pastoralis cura nos compellit non solum de minorum, sed de maiorum quoque salute pro viribus prouidere, quatenus pastori vero suas oues illæsas restituere, quæ nobis commissæ sunt valeamus. Tuæ præcipuè debemus saluti prospicere, quem Christianæ Fidei propugnatorem, & suæ Propagatorem Ecclesiæ Christus effecit, memento ergo memento fili mi amantissime quantam tibi gloriam diuinæ contulit gratia Maiestatis, & sicut ipse tuum præ cæteris Regnum nobilitauit, ita tu ei studeas præ cæteris deuotius, ac familiarius deseruire &c. Gratias itaque Deo, & laboribus tuis agimus, quod de Saracenorum Iure Toletana Ecclesia est liberata.* Hactenus de Regis pręconijs ob res gestas contra Mauros, deinde subdit. *Fratrem autem Venerabilem Bernardum eiusdem Vrbis Præsulem tuis exhortationibus inuitati, dignè, ac reuerentter excepimus, & ei pallium contradentes, priuilegiū quoque Toletanæ Ecclesiæ antiquæ Maiestatis indulsimus. Ipsum enim in totis Hispaniarum Regnis Primatem statuimus, & quidquid Toletana Ecclesia antiquitus noscitur habuisse, nunc quoque ex Apostolicæ Sedis liberalitate habere censuimus, Tu illum, vt Patrem charissimum exaudias, & quæcumque tibi ex Deo nunciauerit, obedire curato, & Ecclesiam eius non desistes auxilijs, ac beneficijs exaltare &c.* Postremò mandat Regi, vt Episcopum Compostallanum ab eo captum, & in captiobe ab Episcopali Dignitate depositum, suæ Dignitati per Archiepiscopum Toletanum restituat; Addens hæc Richardo legato: *Neque id per Richardum Cardinalis sedis Apostolicæ factum excusaueris, quia, & Canonibus est omnino contrarium, & Richardus tunc legationes Sedis Apostolicæ minimè fungebantur, quod ergo ille tunc gessit, quem Victor Papa S.me. Tertius legatione priuauit, nos irritum iudicamus &c.* Ex hac epistola data ab Vrbano anno primo sui Pontificatus nempè anno 1088 collata cum alia scripta à Gregorio VII. anno 1079. constat Richardum legationis munus obijsse in Hispanijs per octo circiter annos, quia vt in Epistola Vrbani habetur, fuit ipse legatione priuatus à Victore huius nominis tertio qui anno 1087. Pontificatum adeptus est, & obij eodem anno *A.* In locum Richardi suffectus est anno prædicto ab Vrbano Pontifice Raynerius ex Cluniacensi Monacho Præsbiter Cardinalis *B.* qui sequentibus annis, nempè anno 1089. quo Vrbanus obijt ad Summi Pontificatus regimen sub nomine *Paschalis* II. assumptus est C. illudque tenuit vsque ad annum 1108 constat hunc Raynerium per plures annos legationis munere fructum esse in Hispanijs; Siquidem *ex Luca Tudensi, & Mariana A.* habetur illum inter-

Obiurgatur vnacum legato ab Vrbano II. Papa

LXX.

Tenor litterarum Vrbani ad Alphonsum.

Alphonsus Propognator fidei, & propagator Ecclesiæ appellatur ab Vrbano.

Gratias agit Vrbanus de Toleto recuperato.

Bernardus Toletanus Hispaniarum Primates.

Mandatur Regi, vt Episcopum Compostellanū ad suam Dignitatem restituat.

Richardus Cardinalis legatione priuatus à Victore III.

Richardi legatio per octo annos durauit.

Victor Papa obijt anno 1087.

A. Baron. anno 1087 tom.11. & alij

LXXI.

Anno 1088.

Raynerius destinatur legatus ab Vrbano.

B. Marian lib.10.cap.6. fol.468.

Creatus Papa sub nomine Paschalis anno 1100.

C. Baron. anno 1100.

C. Platin. in vita Pasch.

A. Luc. Tuden. Chron. mund. fol.101.

A Marian. de reb. Hisp. lib.9. cap.18. in fin.

terfuisse vnacum Bernardo *Archiepiscopo* Toletano Concilio Legionensi celebrato anno 1091. Subsequentibus vero annis hoc idem munus impleuisse tradunt *B.* Bernardum mox memoratum, & constat ex confirmatione donationis Comitis Raymundi facta, vt vidimus ab *Alphonso* anno 1107.

D. Raynerius interuenit Concilio Legionen. anno 1091.
B. Marian lib. 10. cap. 3. fol. 460.
B. Sandoual. in Chronic. Alphonsi VII. cap. 16. fol. 41. col. 1

LXXII.

Bernardus Toletanus Legatus Apostolicus anno 1107.

Tantis viris Legationis *Apostolicæ* munus obeuntibus in Hispanijs, quorum alter fuit (vt diximus) Summus Pontifex, tantisque Pontificibus supremo *Ecclesiæ* regimini præsidentibus de statu Religionis, ac rei *Ecclesiasticæ* Regnorum Hispaniæ, vt ex his colligi potest, apprimè concijs, Regumque potentiam, vbi eos de malè actis redarguere, & libertatem Ecclesiasticam vindicare opus erat, nullatenus pertimescentibus, nominationes Episcoporum decimarum, *Ecclesiarumque* donationes, & alia superius recensita ad Ecclesiasticam potestatem spectantia publicè, & palam ipsis nusquam reclamantibus, imo eorum legatis sæpius interuenientibus, & approbantibus peracta noscuntur à Rege eiusque Proceribus; *Adeo* vt fateri cogamur hæc omnia ex antiquis Castellæ, & legionis *Regum*, eiusque Procerum prærogatiuis., & Priuilegijs à Sede *Apostolica* concessis manasse, quod & suadet eximia Regis pietas, de qua hæc ait *Pelagius Episcopus Ouetensis B.* Testis oculatus post narratum eius obitum: *Iste Aldephonsus fuit Pater, & Defensor omnium Ecclesiarum Hispaniensium. Ideo hæc facit, quia per omnia Catholicus fuit*: latiusque prosequitur *Stephanus de Garibay B.* & suadent etiam doctrina singularis, & excellens sanctitas, quibus præfulsere Præsules Donatarij.

LXXIII.

Alphonsi pietas.
B. Pelagius Episc. Oueten in Alphonso fol 7 col. 2. inter Histor. 5. Episcop. collect. per Sandoual.
B. Stephan. Garibay compend. Histor. to. 2. lib. 11. cap 22.

Nam de Bernardo Toletano, cui factam meminimus donationem Ecclesiam, decimarum, & oblationum ac insuper concessam iurisdictionem super omnes Prælatos Hispaniarum. *ait Baron. C.* fuisse sanctitate celebrem, atque scientia tanto muneri non imparem, & *Mariana C.* narrat eum quatuor, & quadraginta annis Toletanam Ecclesiam rexisse, rebusque gestis clarissimum obijsse anno salutis 1126.

LXXIV.

Bernardi Toletani sanctitas, & doctrina.
C. Baron. anno 1080.
C. Marian. de reb. Hisp. lib. 10. cap. 14.
Obijt anno 1126.

De Hieronimo vero Petragorio, qui prius Episcopus Valentinus, à Roderico Cido, & deinde Salmanticensis à *Raymundo* Comite *Alphonsi* Genero fuit electus seu nominatus, & cui similes donationes factę leguntur; testatur *Mariana A.* hunc fuisse vnum ex illis insigni eruditionis, & probitatis laude viris à Bernardo Toletano ex Gallia redeunte, se cum Toletum adductis, quos tunc honoribus, & opinis Sacerdotijs auctos, virtus consequenti tempore ad maiora prouexit; cumque sanctitate, & miraculorum gratia illustrem obijsse die 30. Iunij anno 1125. habetur *ex Martyrologio B.*

LXXV.

Hieronimi Petragorij Episcopi sanctitas.
A. Mariana vbi supra lib. 10. cap. 3.

B. Io. Tomaio Salazar. Martyrolog. Hisp. to. 3. fol. 162.

Hęc de gestis sub Imperio tanti Regis fusiùs, quam instituti operis ratio forsan postulasset, narranda duximus; quia illa incidere, vt vidimus, in ea tempora, inquibus huiusmodi Priuilegia seù Indulta concessa fuerunt *Aragoniæ* Regibus, non solum ab Vrbano II. verum etiam à Gregorio VII. eius Prædecessore. Hunc enim Summum *Pontificem* dedisse huiusmodi facultatem Sanctio *Regi Aragoniæ Petri* Genitori, refert *Marian. C.* Imò idem *Pontifex* in quadam eius epistola, relata per *Ceuallum A.* hæc ait: *Pontifices assiduis legationibus hortabantur Reges, & Regulos Hispaniæ, vt contra Saracenos acriter decertarent, quibus propterea, & decimas, & multa alia concedebant*: Vnde colligimus, eò minus fuisse eosdem *Pontifices* hæc Priuilegia denegaturos Castellæ Regibus, & præsertim *Alphonso*, quem Christianæ fidei Propugnatorem, & Ecclesiæ *Propagatorem* vocat Vrbanus II. in epistola supe rius relata, si illis indiguisset, dum ea Gregorius Pontifex testatur fuisse solita concedi etiam *Regulis*.

LXXIV.

Gregorius VII. concedit Indultum Sanctio Regi Aragoniæ.
C. Marian. lib. 10. cap. 2.
A. Ceuall. de cognit. per viamviolent. par 2. quest 25. num. 5.
Epistola Gregorij Papæ

Cum igitur ex hactenus narratis habeamus tot clara documenta, legitimam nostrorum *Regum* authoritatem in hisce materijs præseferentia; pauca de aliis *Regibus* successoribus attingemus; licet plura referri possent. Si enim omnes *Ecclesiarum*, & decimarum donationes à *Regibus*,

eo-

B.Sandoual. Chron Alphonsi VII. cap 66. fol. 180.

LXXVII.

Alphonsi VI. obitus succedit vrraca filia.

Matrimonium Vrracæ & Alphonsi Regis Aragoniæ dirimitur.

Alphonsus VII. Rex eligitur.

Imperiali corona redimitur in Concilio Legionensi.

Garzias Rex Vasconum Alphonsi feudatarius.

A Marian. de reb. Hisp. lib. 10. cap. 16. Sandoual. in Chronic. Alphonsi VII. cap. 30. fol 70. & 71. Saauedr. Coron. Goth. in Alphonso VII.

Alphonsus iterum coronatur Toleti.

Insignia vrbis Toletanæ 6. d. lib. 10 cap. 16.

Coronatio sequuta anno 1135.

LXXVIII.

A. Sandoual. Hist. Reg. Castellæ fol. 125. à terin d. proc fol. 95.

Anno 1117.

Donatio Ecclesiarum, & decimarum facta ab Alphonso VII. & Vrraca eius Matre.

LXXIX.

Anno 1136.

Alphonsus confirmat donationem Co. Raymundi, & vrracæ Parentum.

Didacus Gelmirius legatus Apostolicus.

B. Ant. de Vepes in Chronic. Ordin. D. Benedicti to. 6 relat. in proc. compulf. fol 108. a tergo.

C. Sandoual. Chronic. Alphonsi VII. cap. 12.

Calixt. II. Papa Patruus Alphonsi.

A. Marian. de reb. Hisp. lib. 10. cap. 11. & seq. Garibay in com. pend. Hisst to 2. lib. 11 cap. 30. & alij.

eorumque Proceribus, siuè Nobilibus viris peractas recensere vellem, opus in immensum excresceret; Siquidem ex illis tantum quæ factæ perhibentur Cænobij Diui Benedicti, immensus confici posset processus, vt *Sandoualius* est Author *B.*

Alphonso tanto Rege defuncto successit in Regno Vrraca filia paulo ante Patris obitum connubio iuncta Alphonso Regi Aragoniæ. At cum iste tertio propinquitatis gradu attingeret Vrracam, vt potè quia vtriusque coniugis Proauus esset Sanctius Rex cognomento maior; Hinc matrimonium sine Apostolica authoritate initum Paschalis Papæ eo nomine II. mandato diremptum est. Vnde inter coniuges orta dissidia in bellum coaluerè, donec annitentibus Populis alter Alphonsus ex Vrraca, & Raymundo Comite sępius memorato priore viro natus legitimus Alphonsi VI. successor Rex est denunciatus, qui Alphonso Aragoniæ Rege, posteà in bello contra Mauros occiso nulla prole superstite, relicto dumtaxat Ramiro Monacho, vniuerso ferè Aragoniæ Regno auito Iure potitus est, vt superius narrauimus, omniumque primus in frequentissimo Episcoporum, Procerumque Concilio Legione habito assistente Garzia Vasconum Rege Alphonsi Beneficiario præter Imperatorium nomen omnium suffragio sibi impositum, quod pariter gessisse vidimus Alphonsum Auum, & Ferdinandum Proauum, Imperiali corona solemni cæremonia fuit redimitus à Toletano Præsule. Accedente insuper, vt aliqui tradunt *A.* assensu Summi Pontificis tunc Innocentij eo nomine II. eademque cæremonia denuo Toleti peracta est, ibique noua corona Imperatorum Germaniæ emulatione suscepta est, Vnde Toleto Imperatoriæ vrbis nomen confirmatum, atque insignia tradita sunt Imperotoris imaginem considentis habitu, aureaque veste, orbis effigiem sinistra, & gladium districtum dextra tenentis, præseferentia; *vt Mariana est Autor B.* Cæterum Imperatorij nominis, Imperialisque Diadematis assumptioni peractæ anno 1135. pręcessit donatio, cuius meminit *Sandoualius in Chronica Regum Castellæ A.* Narrat ipse quod era 1155. (hoc est anno 1117. die vigesima secunda Ianuarij, dum Vrraca Regina vnacum Alphonso iam Regali Diademate coronato Nacaræ moraretur ditissimam vtrumque fecisse donationem Regio Cænobio Nacarensi, in qua confirmantes donationes factas à Regibus prædecessoribus donant insuper Ecclesiam Sancti Vincentii Castri Nacaræ cum omnibus decimis panis, vini, & ouium, ac totius Territotij Nacarensis, necnon Monasterium S.

cum omnibus suit decimis, & denique præter oppida, hæreditates, cæteraque ad Regem in dicto Territorio spectantia donant alias binas Ecclesias in Asturia, & in Cardenia existentes, & donatio, vt refer citatus Author, fuit subscripta, & confirmata à pluribus Episcopis, quorum nomina ipse recenset, & præ cæteris à Bernardo sæpè memorato Archiepiscopo Toletano, & Legato Apostolico.

Anno vero 1136. idem Alphonsus tunc Hispaniarum Imperator appellatus confirmauit donationem, quam supra factam meminimus à Raymundo Comite, & Vrraca vxore illius Genitoribus Ecclesiæ Salmanticensi, eiusque Præsuli Hieronimo Petragorio, præsente, & acceptante ipso Præsule, cãque vnacum Proceribus confirmante Didaco Gelmirio Archiepiscopo Cõpostellano, & Sedis Apostolicæ legato *B.* quem in hac dignitate suffectum à Calixto Papa eo nomine II. in locum demortui Bernardi Toletani, perhibet *Sandoualius* in Chronica huius Imperatoris *C.* addens prænominatũ Calixtum Papam fuisse Patruum Alphonsi, vt pote fratrem Raymundi Comitis Burgundionis, & tradunt cæteri Hispani scriptores *A.* quod notatu dignum; Nam si facultatem, de qua tractamus, à Prędecessoribus Ponti-

fici-

ficibus concessam *Aragoniç Regibus*, *Regijsque Proceribus*, *Reges* Castellę non habuissent, facile *Alphonsus* à *Pontifice Patruo* impetrasset.

Pręterea tradit **Sandoual.** *B.* eundem Imperatorem era 1190. nempè anno 1152. confirmasse donationem alias factam Cęnobio *Beatę Marię Naxarensi* à Garzia *Rege*, & denuo donasse omnes *Ecclesias*, & Clericos Naxarę vna cum decimis panis, vini, aliarumque rerum, quas ipse *Rex* Garzias in Cęnobij fundatione contulerat, quę donatio siuè confirmatio subscribitur iuxta morem à Proceribus, & Episcopis, eamque notatu dignam asserit *Sandoualius*, ad inde eruendam *Regum* potestatem in hisce materijs. Hęc de *Alphonso* Imperatore, qui inter Castellę *Reges* hoc nomine VII. apud veteres scriptores appellatur, licet ab aliquibus recentioribus, qui inter prędictos *Reges* numerant *Alphonsum Aragonię Regē* Vrracę virum VIII. nuncupatur, sed perperam cum ex superius narratis constet matrimonium, ex quo *Regius* Castellę titulus *Alphonso* partus dici posset. Obijt prefatus Imperator anno 1157. cum vixisset anno vnum, & quinquaginta, quem longiori duo dignissimum *ait Mariana C.* subdens nihil eo Iuuene sanctius nihil iustius, viro fortius, modestius vidisse Hispaniam.

B. Sandoual. Hist. Reg. Castell. fol. 209. proc. fol 96.

LXXX.

Anno 1152.

Donatio facta ab Alphonso Cœnobio Naxarensi.

Alphonsus Imperator VII. huius nominis Rex Castellæ.

Obijt anno 1157.

Illius elogium.

C Marian. de reb. Hisp. lib. 11. cap 4. in fine.

Defuncto Alphonso Imperium iuxta paternam dispositionem bifariam diuisum est inter duos filios superstites; Sanctius Primogenitus Castellam cum alijs *Prouincijs*; Ferdinandus II. genitus Legionem, & Calæciam obtinuit; Sanctio post annum defuncto successit Alphonsus huius nominis VIII. *de quo hæc tradit Steph. de Garibay in eius compend. histor. A.* inquit ipse, quod anno 1165. Alphonsus cupiens augere patrimonium Regij Cænobij Sanctæ Mariæ Naxarensis, donauit eidem Cænobio, ac Sanctæ Marię Portuensi villam nuncupatam de Ambrosero, eiusque Ecclesiam cum omnibus decimis, & Iuribus ad eandem Ecclesiam pertinentibus Aliamque similem donationem factam ab eodem Alphonso, & Eleonora Regina in Vrbe Burgensi Ecclesię *Parochiali* Sanctę Marię de Iazamon regali nuncupatę refert Alphonsus Nunius de Castro in Historia Regum Castellę *B.* quam desumpsisse testatur ex probatissimis, ac Summę authoritatis scriptoribus, necnon ex authenticis priuilegiorum, ac donationum documentis, verba donationis per eum relata ita se habent: *concedo vobis Concilio Clericorum de Iazamon illas decimas, quas habeo in ipsa villa, & Sanctæ Mariæ, pro cuius intercessione consequutus sum salutem.*

LXXXI.

Imperium Alphonsi diuisum in duos filios.

Sanctius Castellæ Rex.

Ferdinandus Legionis

Obijt Sanctius.

Succedit Alphonsus Octauus.

A. Steph. de Garibay in compend. Hist. to. 2. lib. 12. cap. 13. fol. 106. col. 2 proc. fol. 97. à tergo.

anno 1165.

Alphonsus donat. decimas, & Ecclesias.

LXXXII.

Alias similis donatio.

B. Alphonsus Nunez, hist. reg. Castel. fol. 93. col. 2. relat in proc. compulsfol. 97.

Pręterea ex Historia Conchensi cuius Author est Ioannes Paulus Martinus Rizo *C.* habetur hunc Regem Alphonsum plura, imò innumera contulisse Priuilegia Ecclesię Cathedrali ipsius vrbis, & prę cęteris refert donationem regalium Decimarum panis, vini, aliarumque rerum ab eo factam, era 1238 nempè anno 1200. Ioanni Episcopo, & Canonicis dictę Ecclesię, & denique narrat *B.* eundem Regem era 1246. (hoc est anno 1208. donasse Garzię alteri Episcopo dictæ Ecclesiæ quam plura bona, & præ cæteris decimas vinearum loci de Alcozer, hæcque donatio cuius tenor ab ipso refertur, legitur more solito confirmata à pluribus Episcopis, & Proceribus. Cęterum omissis alijs, quæ in diuturno trium, & quinquaginta circiter annorum cursu, quibus Alphonsus regnauit, euenerè, duo referam diplomata *Pontificia*, quæ his temporibus emanarunt nostrorum *Regum* legittimam potestatem donandi *Ecclesias* cum suis Iuribus non obscurè comprobantia; Siquidem Alexander Papa eo nomine tertius anno 1160. & Lucius eo nominè tertius eius successor anno 1181. volentes specialibus prærogatiuis decorare *Episcopum*, *Ecclesiamque* Burgensem, dederunt, præfata diplomata, in quibus præter exemptionem *Episcopi*, & successorum à iurisdictione cuiuscumque Metropolitani, statuitur, vt quęcumque possessiones, & Bona

LXXXIII.

C Io. Paul. Riz. hist. Cōchæ. fol. 139. relat. in proc. comp. fol. 114 in fine

Alia Donatio Decimarum anno 1200.

B. Idem Io. Paul. vbi supra fol. 149. in d. proc fol. 114. à tergo in fine.

LXXXIV.

Alia similis donatio anno 1208.

LXXXV.

Diplomata Alexandri III. & Lucij III. anno 1160. & 1181. concessa Ecclesiæ Burgensi.

na que d. Ecclesia iustè, & rationabiliter possidebat, aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum, vel oblatione fidelium adipisci poterat, firma eidem Præsuli eiusque successoribus, & Ecclesiæ permanerent, & deinde vterque Pontifex procedendo ad speciales expressiones ita prosequuntur: statuimus propterea, vt ea, quæ infra hos terminos continentur videlicet &c. Hic exprimuntur termini post quorum expressionem subduntur hæc alia ibi: *Et alia etiam omnia, quæ ad Ecclesiæ tuæ iurisdictionem pertinent, tam in Ecclesiis, quam in alijs possessionibus, sicut eadem hodie iustè & canonice possides, firma tibi tuisque &c. perpetuo iure consistant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis &c.* Hic immediatè exprimuntur quamplures Ecclesiæ cum suis pertinentijs, tàm intra Ciuitatem Burgensem, quam extra in Diœcesi existentes, & post earum expressionem, ac Iurium quæ ipsa Ecclesia possidebat in varijs Monasterijs suæ Diæcesis immediatè subduntur hæc verba: *quæ ad tuam Iurisdictionem pertinent ex dono bo. me. Sanctij Illustrissimi Hipaniarum Regis Hactenus diplomata* ex quibus habemus claras, & explicitas duorum Summorum Pontificum declarationes, quod Ecclesiæ cum suis pertinentijs ad iurisdictionem Episcopi, & Cathedralis Burgensis spectantia iustè, & canonicè possidebantur ex dono Sanctij Regis, ac proinde habuisse hanc Castellæ Regum legitimam facultatem donandi Ecclesias, earumque decimas, quę sub nomine pertinentiarum compræhenduntur; & sanè præclarius esse ius disponendi de Ecclesijs, earumque bonis, quam de decimis, nemo dubitat, & aduersus loquens de priuilegijs concessis à Gregorio VII. & Vrbano II. *Reuerendissimus Dominus de Luca C.* insignis nostri temporis Iurisconsultus non minus in scientia legali, quam in alijs versatissimus, vt tot eius illustria opera in lucem emissa testantur.

Tenor Diplomatum.

Confirmatur possessio Ecclesiarum.

Ecclesiæ, & Monasteria dicuntur possideri ex dono Sanctij Regis.

C. In tract. de decim disc. 1. n. 22.

LXXXVI.

Hiacinthus Cardinalis legatus in Hispania.

A. Steph. Garibay in compend. Hist. to. 2. lib. 12. cap. 17. fol. 114. col. 2.

B. Idem Garibay vbi supra cap. 18. & alij.

Creatus Papa sub nomine Celestini tertij.

Hoc Rege Imperante legationis Apostolicæ munere functus est in Hispanijs Hiacinthus Cardinalis Diaconus titulo Sanctæ Mariæ in Cosmedin. *A.* deindè sub nomine Cælestini Tertij ad Summi Apostolatus apicem assumptus, die vigesima nona Martij anno 1191. *B.* quod reticere nuluimus: vt hæc lecturi agnoscant, non potuisse Summos Pontifices ignorare ea quæ palam à Regibus peragebantur circa res Ecclesiasticas, dum ipsimet legati de his, vt par est credere, plenè conscii postea Pontifices creabantur.

LXXXVII.

Alphonsus VIII. obijt anno 1214. Henricus I. filius succedit.

C. Marian. de reb. Hisp. lib. 12. cap. 3. & 4.

A. Idem Marian. lib. 12. cap. 6.

Succedit in Regno Berengaria soror, & S Rex Ferdinandus istius filius B. Marian. d. lib. 12. cap. 7. & alij.

Ferdinandi III. Prosapia

C. Steph. de Garibay in compend. Histor. to. 2. lib. 11. cap. 14. fol. 31.

A. Baron to. 12. annal. anno 1119. fol. 135.

Alphonso anno 1214. defuncto, Henricus filius vndecim tum annos natus in Regno Castellę suffectus est *C.* breuis æui Rex nam post duos annos, & menses nouem, dum cum æqualibus ludit in area domus repentino tegulæ ictu extinctus est anno 1217. *A.* Per ipsius obitum Regnum ad Berengariam sororem iampridem Alphonso Legionis Regi nuptam delatũ est, & per ipsam ad Ferdinandum communem filium eo nomine Tertium Castellæ Regem appellatum *B.* nobilissimum quidem germen, vt potè ex vtroque latere paterno, & materno suam originem referens ad Alphonsum VII. Imperatorem. Istius namque Nepos, ex Ferdinando filio cui in diuisione cum Sanctio fratre obtigisse, vidimus Calæciæ, & Legionis Regnum extitit prænominatus Alphonsus Rex Legionis, qui in Castellæ, & Legionis Reges nonus hoc nomine nuncupatur. Alphonsus vero Imperator per Vrracam Matrem ad Illustrem Gothorum Regem Reccaredum, vt constat ex superius narratis, & per Raymundum Patrem ad nobilissimos Francorum, Anglorũ, & Germanorum Reges suum genus reuocat. Ex istorum enim Regio sanguine prognatos ferunt *C.* Burgundiæ Comites, ex quibus ortum docuimus Raymundum, & sanè de Guidone archiepiscopo Viennensi sub nomine Calixti secundi ad Pontificatum assumpto, quem ex suo loco citatis scriptoribus vidimus fuisse fatrem Raymundi, hęc ait *Baronius A. fuit iste Guido*

Na-

Natione francus Archiepiscopus Viennensis S.R.E. Cardinalis &c. ex Regibus genus ducens immò (vt ait Sugerius in Ludouico) Imperialis & Regiæ celsitudinis deriuatiua consanguinitate generosus magnum tempore schismatis fuit catholicæ Ecclesiæ Propugnaculum: Hactenus Baronius de Guidone, quem pariter ex Regio Francorum Sanguine Ortum testatur Platina *B*.

B.Platin. in Calixto II.

LXXXVIII. Summam generis nobilitatem nobilioribus factis æquauit, immò superauit noster gloriosissimus Rex Ferdinandus; bellica enim fortitudine summis Ducibus par Hispali Corduba, Murtia, Giennio, alijsque Vrbibus, & Prouincijs in sua potestate redactis, Maurorumque Regibus, quo expulis, quo vectigalibus redditis totius ferè Hispaniæ ab eorum tirannide liberatæ gloriam tulit morum autem candore, vitæ probitate, hæroicisque animi virtutibus adeo clarus, vt non minus concordi Populorum suffragio, quam Sedis Apostolicæ decretis in Cælestium Alto referri meruerit. Ex miraculis ab ipso patratis, vnum pro innumeris retulisse sufficiat quo Iosue celeberrimo ac Sanctissimo veteris Testamenti Duci merito comparandus. Nam si ipsius iussu, vt ad Amorrchorum copias delendas dies sufficeret solem stetisse, testantur sacræ paginæ: Hoc insigne miraculum Sancti Regis precibus renouatum in quodam prælio contra Mauros testantur acta Apostolica auctoritate compilata super illius gestis C. & alij plures Authores C. His de Sancto Rege precognitis; dispositiones, ac donationes decimarum ab ipso peractas referamus.

Ferdinandi III. bellica virtus.

Sanctitas morum.

Insigne miraculum.

C.Proc.fol.146.

C. Michael Angel. Lauret.in vita S. Regis Ferdinand cap. 26. vbi alij referuntur.

LXXXIX. Postquam Hispalis Regia Maurorum Vrbs quatuordecim mensium obsidione pressa deditionem facere mense Decembris anno 1248. B. coacta est: Prima Regis cura fuit eam Populi affluentiam conspicuam reddere, Indeque ad habitatores vndique alliciendos, plura illius Ciuibus, & Incolis concessit Priuilegia, & Immunitates, & præ cæteris vnum Priuilegium, seù vt vocant forum æditum anno 1250. recensetur à Paulo de Espinosa C. in cuius quinto capitulo Sanctus Rex mandat omnibus Incolis Ciuitatis Hispalensis siuè Equites, siuè Mercatores fuerint, cæterisque alijs maritimis negotijs incumbentibus, seù intra Hispalim degentibus, vt sibi soluant decimam de Alxarafe, & ficeto (Alxarafe) siuè Astaraffio, vt illud nominat *Mariana* C.(antiquitùs nuncupatum hortus Herculis) appellatur hodie, & appellabatur tempore æditi priuilegij, maxima pars Agri, seu Territorij Hispalensis Oliuetis consitâ, quam ipse *Mariana* ait esse tantæ latitudinis,vt in ea Mauris rerum potientibus centum millia, qua Villas, qua trapeta, videlicet Molendina Olearia numerarent; & hunc licet ingentem numerum dicit esse probabilem Alphonsi Sapientis historiæ authoritatem. Deinde prosequitur Sanctus Rex in dicto Priuilegio, quod si quisquam vltra hanc decimam sibi soluendam, aliquid aliud petat, vel prætendat ab Incolis præfatis, ipse eos tuebitur, ac proteget aduersus quamcumque personam, quæ hanc petitionem excitauerit, adducens rationem, quia hæc decima est de suo Almoxarifatu, & Iure; De hoc verbo *Almoxarifatu*, quod vulgari Hispano idiomate dicitur *Almoxarisfasgo*, quia illius interprætatio causam dedit contrarijs decisionibus, asserendi Sanctum Regem donasse decimas temporales portonorum, seu vectigàlium illarum rerum; quæ transuehuntur de vno loco ad alium, non autem decimas spirituales, quales dicuntur illæ, quæ soluuntur ex fructibus ab Ecclesia decimari solitis. Non abs re erit pauca subdere circa illius verum significatum, quæ habentur ex Glosis Gregorij Lopez ad leges partitarum Alphonsi Regis cognomento Sapientis à nostri Sancti Regis filij, de quo infra loquemur. Inquit ipse A. Verbum *Almoxarife*, à quo aliud prædictum deriuatur,esse verbum *Arabicum*,idemque significare, ac Regium Officialem habentem munus exigendi omnia Iura

Hispalis expugnata anno 1248.

B.Garib.comp. Hist. to. 2.lib.13.cap.5. & alij.

Immunitates, & leges vulgo fueros concessæ Incolis Hispalen.

C. Paul. de Espinos. in lib.cuius titulus Antiquedades de Sauilla fol. 37. lib. 5. relat.in proc. compulf.fol.98.

Rex mandat sibi solui decimam Territorij de Alxarafe, & ficuum.

Territorii de Alxarafe qualitas & amplitudo.

Eximuntur Incolę Hispalenses à solutione decimæ dicti Territorii,& ficuum facienda alteri, quam ipsi Regi.

XC.

Almoxarifasgo.

Significatus d Verbi.

A. Greg.Lop. ad septem partitas Reg. Alphonsi par.2 tit.9. l.25.relat.in proc.compulf.fol.116.

Almozarife.

ra Terræ pro Rege, quæ dantur ratione Portorij, decimæ, & census, eademque explicatio habetur in lege vigesima quinta titulo 9. part.2. Ex qua explicatione resultat, verbum *Almoxarifasgo* esse nomen genericum complectens omnia genera Regalium redditaum, quæ ab Abmoxarifè (hoc est officiale Regio exiguntur, adeout si genericè proferarur, omnia compræhendit, si autem ad speciem reducatur, compræhendit illam speciem dumtaxat, de qua in dispositione, seu in donatione fit mentio,& sic si de portorijs, portoria, seù gabellas, quæ soluuntur pro rebus transuehendis de loco ad locum; si vero de decimis compræhendit decimas solummodò, quæ ex fructibus decimari solitis soluuntur, quales sunt panis, vinum, oues, pisces, & præ alijs multis recensitis per Augustinum *Barbosam. B.* sunt oliuæ,oleum & ficus, quorum decimam sibi solui mandat in hoc priuilegio S.Rex Ferdinandus priuatiuè ad quoscumque alios, quod vtique facere nequiuisset,nisi huius decimæ aliàs Ecclesiæ debitæ dominium pleni ad ipsum spectasset.

Almoxarifasgo est nomen genericum.

Fructus decimales.

B.Barbos de offic.& potest.Paroch.cap.28.

XCI.

Aliud forum seù Priuilegium concessum Carmonæ anno 1250.

C. Ex priuilegio extracto ex Archiuio Ciuitatis Carmonæ & relat. in proc.compulsf.fol.39.

Rex liberat Nobiles Carmonæ ab onere soluendi decimas ipse Regi

Mandat eas solui Parochis.

Eximit ab hac solutione colentes Prædia proprijs manibus.

Huic priuilegio siue foro ædito die 15. Iunij era 1288. (hoc est anno 1250. subsequitur aliud concessum era 1290. nempè anno 1252. Ciuitati Carmonæ. C. non minùs clarè demonstrans summam Regis authoritatem disponendi de decimis Ecclesiasticis; statuit enim ipse in hoc priuilegio,ne quisquam aliquam possidere valeat hæreditatem in dicta ciuitate, nisi ibi cum integra familia inhabitet, exceptis tamen ab hoc onere illis personis, quæ huiusmodi hæreditates, vel bona ex donatione Regia possidebant. Concedit insuper omnibus Equitibus, seù Nobilibus Viris tàm Carmonæ, quam in Territorio degentibus hanc immunitatem, videlicet, ne teneantur soluere aliquam decimam Domino Carmonæ, vel alteri personæ, præterquam Clericis *P*arçciarum Rectoribus, & illis qui eam exigent pro sancta Ecclesia Hispalensi, à qua tamen præstatione omninò eximit suas hæreditates proprijs manibus hactenus priuilegium, seu forum ex quo apprimè ponderanda exemptio concessa colentibus prędia suis manibus. Nullo enim Iure hanc exemptionem à solutione decimæ *E*cclesiasticę concedere poterat,nisi reuera illius *D*ominus fuisset.

XCII.

Anno 1252.

Donatio Decimarum facta Ecclesiæ Hispalen.

A. Instrumentum relat. in proc.de Oliuares fol. 130.

Tenor Donationis iuxta traductionem in Rota exhibitam.

Currente hoc eodem anno 1252. die 20.Martii. S.Rex amplissimam,& solemnem decimarum donationem fecit Archiepiscopali Ecclesię Hispalensi. *A.* quę aliàs ex Hispano idiomate in Latinum à quadam Hispano Interprete translata, ita se habet. *Notum sit omnibus &c. qualiter ego Don Ferdinandus Dei gratia Rex Castellæ &c. ad honorem Iesu Christi, qui est verus Deus, qui me direxit, & auxiliatus est in meis gestis, & signanter in acquisitione Ciuitatis Hispalensis dono, & concedo Ecclesiæ Hispalensi in perpetuum Decimam meorum vectigalium Hispalensium omnium rerum ibi peruenientium per mare, & per terram, de quibus ego debeo habere mea Iura, & similiter dono Ecclesiæ Hispalensi Decimam omnium aliorum vectigalium existentium in acquisitionibus à me factis, & faciendis, fauente Deo, & à post me Regnantibus in Castella, & Legione, ac in Archiepiscopatu Hispalensi: & si fortè Regina Donna Ioanna, aut Don Henricus ostenderent litteras Apostolicas rationabiliter & iuridicè tales, vt valere debeant ad eos excusandos à decima, eis valeat eorum Ius, & Archiepiscopatum intendo. Ego hoc modo, vt non compræhendantur ibi alij Episcopatus Prouinciæ Hispalensis, nec res ad ipsos spectantes, sed volo quod si aliquod Oppidum Prouinciæ Hispalensis fuit antiquitus Episcopatus tempore Christianorum, & aliqua alia Oppida fuerint istius Episcopatus, & modo non sunt acquisita, & quando illas acquisiuero, seu ille qui post me in Castella, & Legione acquisiuerit, Ecclesia Hispalensis habeat Decimam eius quod ego, aut ille qui post me in Castella, & Legione regnabit habebimus in illis locis vsquequo adsit Episcopus in loco,& quando aderit Episcopus in loco*

concedeat Decima eius, quod ibi in illis locis Ego, aut qui post me regnabit in Castella, & Legione habebimus, ad Episcopum, & Ecclesiam eiusdemmet Oppidi, & excludantur ab hoc Archiepiscopus, & Ecclesia Hispalensis. Hactenus donatio Decimarum, omissis alijs pluribus à Rege donatis ad rem non facientibus, quæ fuit subscripta, & confirmata à duobus Regijs filijs, vti Procuratoribus Archiepiscopalium Ecclesiarum Toletanæ, & Hispalensis, & ab vno, & viginti Episcopis, alijsque Proceribus. Verum quia illius traductio, seu interpretatio in parte continente donationem Decimarum suorum vectigalium non bene respondens verbis Hispanis, causam dedit, vt diximus, asserendi fuisse donatas Decimas ipsorum vectigalium, seu Gabellarum, quæ pro Rege exiguntur ex rebus ab vno ad alterum locum transuectis, non autem ipsas Decimas, quæ ex collectione fructuum debentur. Hinc operę pretium erit ipsamet verba Hispanica hic subdere, quæ ita se habent. *Do y otorgo a la Yglesia de Seuilla para siempre el Diezmo del mio Almogarifasgo de Seuilla de quantas cosas hy acaueren por tierra, y por mar, de que io debo auer mis derechos, y do Otrossi a la Yglesia de Seuilla el diezmo de todos los otros Almoxarifasgos, que son en las conquistas que io fiz, y en las conquistas que fare, si Dios quisiere &c.* Pro quorum vero intellectu reminiscendum est, quod nomen *Almoxarife*, vt superiùs explicauimus, denotat Regium officialem præpositum exactioni portoriorum, decimarum, & censuum, & ab hoc nomine deriuatur aliud *Almoxarifasgo*, prout à Thesaurario deriuatur nomen Thesaurariæ, quibus respondent nomina *Almoxarife*, & *Almoxarifasgo*. Regnante enim Alphonso huius nominis XI. nomen Almoxarife fuisse in illud Thesaurarij commutatum tradit Sebastianus Couarruuias in suo Thesauro linguæ Castellanæ, vel Hispanæ. *A.* quibus attentis verba Hispana proximè relata Latinè ita sonant. *Dono, & concedo Ecclesiæ Hispalensi in perpetuum decimam mei Almoxarifatus Hispalensis, videlicet meæ Thesaurariæ Hispalensis omnium rerum, quæ ibi occurrent per terram, & per mare, de quibus Ego debeo habere mea Iura, & similiter dono Ecclesiæ Hispalensi Decimam omnium aliorum Almoxarifatuum, nempè Thesaurariarum siue vt magis latinè loquamur Erariorum existentium in acquisitionibus à me factis, & faciendis Deo fauente &c.* Ex qua vera, & germana verborum interpretatione sequitur Regem donasse Decimas, quæ à suis Thesaurarijs, siue Quæstoribus exigebantur, tam in Vrbe Hispalensi ex omnibus rebus decimatorijs, quæ ibi accidere poterant per terram videlicet ex fructibus terræ, & per mare, hoc est ex fructibus maris, quales sunt pisces, & piscationes, vel etiam ex lucris, quę Incolæ Hispalenses rerrahere poterant ex negotijs maritimis, ex quibus omnibus Ecclesiasticas Decimas deberi tradunt omnes. *B.* Non autem decimas Regionum vectigalium, vt perperam interprætatus est ille Hispanus, quas neque Ecclesia Hispalensis, vel alia Sedes Episcopalis intra illius *Diœcesim* sita vnquam exegere, vel exigunt, prout exigere debuissent, si attendenda foret prę recensita interprætatio; Neque est verisimile, Regem licet munificentissimum fuisse donaturum, cum nimis grande præiudicium intulisset Regio ærario, si omnium vectigalium Vrbis Hispalensis tunc illarum partium, & hodie totius Europæ celeberrimi Emporij, aliarumque Prouinciarum, & locorum illius *Diœcesis* acquisitorum, & acquirendorum decimam partem Ecclesiæ Hispalensi, alijsque Sedibus Episcopalibus recuperandis donare voluisset; Tantis enim opibus vrbem, Prouinciamque Hispalensem tunc temporis abundasse narrat ex antiquis Historicis Odoricus *Raynaldus*. *C.* vt singulis hebdomadis vndecim milla talentorum pendere solite esset Marochitano *Regi*. Cæterum hic intellectus ex germano verborum sigificatu elicitus, manifestior

XCIII. Verba dictæ donationis Hispano idiomate.

XCIV. Explicatio verborũ Almoxarife, & Almoxarifasgo.

A. Relat. in proc. Compulsf. fol. 118. à tergo. Noua traductio, seu interpretatio.

XCV.

Decimæ donatæ sunt spirituales.

B Barbos. alios referens de potest. & offic. Paroch. c. 28 num. 10. vbi de piscib. & piscat. & de negotio n. 18.

XCVI. Inuerisimilitudo, quod Rex donauerit decimas vectigalium.

Odor. Raynal. Ann. Eccl. anno 1251. 26.

XCVII.
Argumentum quod decimæ donatæ sint spirituales.

XCVIII.
Regina, & filii Reges sunt exempti à vectigalibus.
C. Guttier. de gabell. q.85.num.19.

redditur ex declaratione adiecta à S. Rege in ipsa donatione, nimirum quod *si Regina Donna Ioanna*, aut Don Henricus ostenderent litteras Apostolicas rationabiliter, & iuridicè, ac talis, vt valere debeant ad eos excusandos à decima, valeat eorum Ius &c. quorsum enim exigere priuilegium Apostolicum, ad hoc vt Regina Ioanna Vxor, & Henricus filius Regis donatoris eximerentur à solutione Decimę donatę; Si autem fuisset de decimis vectigalium, à quibus vterque, altera vti Regina, & alter, vti Regis filius erant exempti. C. vel eximi potuissent ab ipso Rege? Hanc veritatem optimè agnouit Sacræ Rotę Auditorium in decisionibus æditis in causa aduersus Carthusiam, & agnouit ferè per duo sæcula ante Præsul Cordubensis in controuersia, coram ipso vertente anno 1486. inter Episcopum Malacæ, & Ecclesiam *Hispalensem*. Prætendente siquidem illo Iuri Canonico innixo fructus decimales percipere in quibusdam oppidis, sitis intra fines suę *Diœcesis*, viceuersa Ecclesia *Hispalensis* exibuit donationem S. Regis Ferdinandi, in qua, vt vidimus, statuitur decimam locorum aliorum Episcopatuum, spectare debere ad Ecclesiam *Hispalensem* donec in Oppido, quod tempore Christianorum, fuit Episcopatus, adesset Episcopus. Vnde cum tempore controuersiæ Malaca Ciuitas Episcopalis esset in potestate Maurorum, Pręsul Cordubensis Arbiter à partibus electus, inhęrendo donationi, seu Priuilegio Sancti Regis, sententiam tulit, in qua declarauit, fructus decimales spectare debere ad Ecclesiam *Hispalensem*, donec Malaca recuperaretur, illiusque sententia ab ipso Malacæ Episcopo fuit subscriptione approbata. *A.* Mirum profecto quod voluntas, & potestas S. Regis à Viro dignitate Episcopali insigni cum graui præiudicio approbatæ tempore magis proximo donationi, hodie post quatuor sæcula in dubium reuocentur a Carthusia, & Abbate de Oliuares. *Hæc* de voluntate Sancti Regis donandi decimas Ecclesiasticas, quam pariter asserit Author Annalium Ecclesiasticorum, & sæcularium Vrbis *Hispalensis*. *B.* referens hanc donationem, & addens Regem sibi reseruasse decimam olei Territorij de Alxarafe vt constat ex Priuilegio, seu foro superiùs relato, in quo idem Rex mandat sibi solui decimam huius Territorij, prout etiam ficuum, exclusis ab illius consequtione quibuscumque alijs personis.

Approbata ab Episcopo Malacæ contra quem lata fuit.
A. Proc Compuls. seu Remiss in Causa de Oliuares.fol.

B. D. Didacus Ortiz de Zuniga annal. Eccles. & sæcul. fol. 33. relat. in proc. compuls. fol. 79.

C.
S. Ferdinandus moritur die 20. Maij 1252.

Donationi factę, vt prędiximus die 20. Martij anno 1252. successit die 20. Maij eiusdem anni obitus S. Regis, quod præcipuè notandum ab exinde eruendum clarissimum argumentum suæ legitimæ authoritatis faciendi huiusmodi dispositiones. Quid enim a tanti Viri morum sanctitate (quam omnia *Historicorum* monumenta testantur, & quod magis vrget, ipsamet *Apostolica* Sedes decretis probauit) alienius, & a verisimilitudine magis absonum excogitari potest, quam quod paulò ante obitum immane sacrilegium patrauerit, & quidem præsentibus, & approbantibus quatuor, & viginti Insignioribus *Hispaniarum* Pręsulibus? quod certè patrasset si, vt Aduersarij contendunt, S. Rex Decimarum Ecclesiasticarum dispositionem sine Apostolico Priuilegio vsurpasset. Indeque perperam S. Sedes (quod dictu impium, & temerarium foret) Beati cultum, & venerationem eidem detulisset.

CI.
Anno 1252.
Alphonsus Decimus sapiens Rex.
Confirmat donationem paternam, & donat Mezquitas die 5. Aug. 1252.
A. Proc. de Oliuares fol. 133.

In locum defuncti Regis suffectus Alphonsus filius huius nominis X. Castellæ, & Legionis Rex ex omnium scientiarum, ac præsertim Astronomię, Philosophiæ, rerumque gestarum mirifica cognitione Sapientis cognomen meritus, donationem paternam, illius integro tenore relato solemniter confirmauit ipsomet anno 1251. Die 5. Augusti, adijciens insuper rebus donatis Mezquitas Vrbis *Hispalensis*; hocque confirmationis, & donationis Priuilegium nouem, & viginti Episcoporum pluriumque Procerum subscriptione

ne munitum est *A*. At non hic finis Regię munificentię, era namque 1293. hoc est anno 1255. die 3. mensis Iulij donauit eidem *Ecclesię*, & Philippo fratri illius Archiepiscopo designato decimas soluendas à Mauris, & Iudeis ex bonis, quę à Christianis emerint, vel conduxerint, & vlterius quia in donatione S. Regis supra relata, non leguntur expressę species fructuum decimabilium, Alphonsus in hac sua donatione exprimit omnes species eorumdem, & mandat Christianis, vt illorum decimas soluant *Ecclesię Hispalensi*, *dentis tamen* (sicut verba donationis) *exindè illis rebus, de quibus mihi dant decima, de qua Ego do decimam Ecclesiæ*; Hęcque donatio peracta vallisoleti fuit pariformiter confirmata ab octo, & viginti Episcopis, alijsque Proceribus *B*.

A. Proc. de Oliuares fol. 133.

CII.

Anno 1255.

Donat decimas maurorum, & Iudeorum.

B. ex Instrum. relat. pro de Oliuares fol. 137.

Prætereà quia Ferdinandus Pater, ipseque Rex Alphonsus plures fecerant donationes in districtu Hispalensi Episcopis, & nobilibus viris, & ordinibusque militaribus, quæ Hispano idiomate *Donadios*, appellantur, nomen genericum conueniens omnibus Donationibus, siuè Donationis; Hinc Alphonsus era 1296. nempè anno 1258. Decimas quas Donatarij ratione huiusmodi Donatiuorum soluere tenebantur Ecclesiæ; donauit *Archiepiscopo*, & Capitulo Hispalensi. Hac tamen adiecta exceptione, videlicet: Saluis Decimis Olei Hispalis de Alxarafe, & de toto eo, quod est circuitus Hispalis, de quo nos accipimus Decimam, quæ ibi pro nobis remaneat &c. Hactenus donatio pariter confirmata ab octo, & viginti Episcopis, alijsque Illustribus viris *C*. Præfata Decima Olearia Territorij de *Alzarafe*, siuè Alzarafio nullatenus compręhensa in superioribus donationibus, vt constat ex mox dicta reseruatione, fuit abinde citra exacta ab omnibus Regibus successoribus, & hodie exigitur à Serenissimo Rege Catholico, ex qua longęua, & pacifica exactione quatuor sęculorum vnusquisque agnoscere potest, An S. Rex Ferdinandus, & Alphonsus eius filius habuerint legitimam facultatem percipiendi decimas controuersas, illasquè donandi prout ambo donarunt. Hanc autem esse Decimam Ecclesiasticam constat, nedum ex qualitate fructuum ex qua ipsa colligitur, & ex ipso tenore donationis, sed clarius ex controuersia hoc currenti sæculo agitata in Regijs Hispaniarum Tribunalibus inter Regium Fiscum, & Monasterium Sancti Michaelis Ordinis Diui Hieronimi exemptionem ab illius solutione deducere prętendens ex Priuilegiis Apostolicis eximentibus à *Decimarum* solutione alia Monasteria eiusdem Ordinis, vt late habetur apud Petrum Noguerol. in suis Iuris allegationibus D.

CIII.

Donatiua seu Donadios facta Episcopis, & alijs Donadios.

Anno 1258.

Alphonsus donat decimas dictorum Donadios

Reseruat sibi Decimam olei Alxerafe, & alias.

Proc. de Oliuares fol. 141.

Decima Olearia Alxarafe exacta semper a Regibus.

Est Decima Ecclesiasticą.

Controuersia super ea agitata current sæculo 1600.

D. Noguerol. alleg. 39.

Præter alias ditissimas donationes bonorum, & Oppidorum hismet temporibus ab hoc pijssimo Rege factas Ecclesiæ Hispalensi, quæ vti ab excitatis controuersijs alienæ omittuntur, idem *Alphonsus* die prima Iulij era 1299. (hoc est anno 1261.) dedit cedulam aliam donationem præseferentem; quæ ita se habet: *Don Alphonsus Dei gratia Rex Castellæ Legionis &c. Gubernatoribus, & Baroncellis, ac Militibus Ciuitatis Hispalensis, omnibusque alijs Consiliarijs Archiepiscopatus Hispalensis, ac etiam Oppidorum, & Comitatuum salutem, & gratiam. Noueritis quod nobis placet Archiepiscopo Don Raymundo, & capitulo eiusdemmet Ecclesiæ, omnibusque suis successoribus* (hic Raymundus fuit electus Archiepiscopus in locum Philippi fratris *Alphonsi*, qui *Archiepiscopatus* administrationem dimisit hoc anno *A*.) dare vnum Decimantem, seù Decimatorem cuiuscumque *Ecclesiæ* totius *Archiepiscopatus* (dempto exinde maiori decimante, seu decimatore) quemcumque alium ipsi maluerint, quo circa, vt deinceps eis respondeatis cum decima illius *Decimatoris* integrè in qualibet *Ecclesia*; Nos iubemus &c. Hæc in cedula *B*. ex qua colligi licet, quanta esset Regia authoritas super Decimis Eccle-

CIV.

Anno 1299.

Cedula seu donatio Alphonsi, in qua donatur Ecclesiæ Hispalen. vnus decimans seu Decimator omnium Ecclesiarū Archiepiscopatus.

A. Salazar. Martyrolog. Hisp. to 2 fol. 194.

B. relat. in proc. de Oliuares fol.

clesiarum, dum illę à Regijs officialibus exigebantur, & vnum decimatorem cuiuslibet Ecclesiæ Rex concedit Ecclesiæ, & Capitulo Hispalensi.

CV.
Anno 1259.
Cedula seu Priuilegium in quo exprimuntur omnes Decimæ hactenus donatæ quæ habeur ex Instr. auth.

Denique piissimus Rex, vt donationes præcensitæ debitum sortirentur effectum, hoc addit Priuilegium eas omnes enumerans videlicet *Don Alphonsus Dei gratia Rex Castellæ, Toleti, Legionis Gubernatoribus, & Baroncellis Hispalis, Carmonæ, & Arcos salutem, & gratiam; Noueritis, quod ego dedi capitulo Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Hispalis omnes decimas olei, & ficuum Carmonæ, & Arcos, & Got, & Morena, & Lebricæ, omniumque eorum Territorium, & omnium aliorum locorum, quæ sunt in termino, seù Territorio Hispalensi, vt eas habeant liberas, & sine onere in perpetuum, excepta decima olei, & ficuum de Alzarafe Hispalis, & illarum rerum, ex quibus mei Decimatorij vulgo Almozaripe percipiunt Decimam pro me in Hispali. Item dedi Archiepiscopo, & capitulo supradictæ Ecclesiæ omnes decimas completè prouenientes ex fructibus omnium donatiuorum, seù Donadios, quæ dedi in Hispali, & Carmona in Arcos, & in omnibus eorum terminis, ae decimam Matreræ, tam Episcoporum, quam Nobilium, & Equitum Ordinum, & Hebreorum, & volo, vt habeant in toto Episcopatu Hispalensi tam panis, vini, & olei, ficuum, & pecudum, & omnium aliarum rerum ex quibus Christiani dare debent decimas, & vobis firmiter iubeo, vt soluere faciatis completè decimam omnium istarum rerum locorum contentorum in hoc meo Priuilegio, & Mauros, qui nō soluunt decimas præter meo Almoxarifatui, & vobis iubeo, vt custodiatis omnia Iura, quæ habere debet supradicta Ecclesia, eamque tueamini, & faciatis vt completè consequatur, neque permittatis ab aliquo impediri, vel in aliqua parte minui &c.* Datum Toleti sic iubeo Rex, lunæ die 24. Februarij Era 1297. (hoc est anno 1259. Hactenus Priuilegium, cuius tenorem referre duximus, vt certius quisquis hæc lecturus agnoscat, an fuerint donatæ decimæ vectigalium, vt perperam in causarum propositionibus ostendebatur, vel Decimæ Prędiales Ecclesijs solui consuetæ.

CVI.
Anno 1258.
Bulla Alexandri Papæ IV. confirmat Ecclesiæ Hispalensi omnia bona acquisita, & acquirenda.
Concedit Pallium Archiepiscopo.
A. Ex Bulla relat. in proc. de Oliuares fol. 179.

His Regiis donationibus munificentissimè aucta, & ditata Metropolitana Ecclesia Hispalensis. Diplomate etiam Pontificio noscitur, hoc tempore illustrata: Anno enim 1558. Alexander Papa eo nomine quartus Archiepiscopo, & Ecclesię prędictę possessiones, & bona hactenus acquisita, & imposternm acquirenda concessione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, aliisque iustis titulis confirmauit, vsumque *Palii*, aliaque plura *Priuilegia Archiepiscopo* concessit. *A.* Indeque *Archiepiscopus*, & Capitulum anno 1261. Statuta auctoritate Apostolica condiderè, quibus omnes *Decimas* in relatis Donationibus contentas ęqua portione diuidendas esse sancitur, inter Archiepiscopum, & Capitulum, & iuxta hanc diuisionem fuerunt abinde citra semper exactę, & hodie exiguntur ex omnibus fructibus de Iure canonico decimabilibus.

CVII.
Anno 1261.
Statuta Ecclesię Hispalensis conduntur ex libro statutorum impresso.

CVIII.
Anno 1254.
Donatione decimarum Ecclesiæ Giennensi.
Annal de xaen fol. 218. relat. in proc. compulss. fol. 111.

Præter supra recensitas donationes factas Sanctæ *Ecclesiæ* Hispalensi, quæ hodie sunt in controuersia constat ex Annalibus Giennensibus *C.* eundem *Regem Alphonsum* anno 1254. circiter donasse cathedrali Giennensi decimas Maurorum, & Iudeorum, & alia plura. *At* illustrior est donatio, quæ facta probatur cænobi Belmontis Ordinis Diui Benedicti, ex authentico enim exemplo desumpto ex Originali asseruato, in Archiuio eiusdem Cænobij *D.* constat, Regem illi donasse Iuspatronatus *Ecclesiæ S.* Andreæ cum omnibus decimis, & primitijs, omniaque Iura dictæ Ecclesiæ, & omnium Parochianorum ibi commorantium, & in futurum commoraturorum, necnon tertiam partem decimarum, aliarumq. rerum ad dictam Ecclesiam spectantium omnium hominum, qui ex alijs Parochiis domicilium transtulerint ad populationem, seù Coloniam loci nuncupati de Semniedo. Hæque donatio,

CIX.
Anno 1269.
D. Alia similis donatio Cænobio Burlemontis.

tio, in qua vlterius confirmantur Priuilegia Regum Prædecessorum facta
legitur era 1307. (hoc est anno 1269. & subscripta à duobus Archiepisco-
pis Toletano, & Hispalensi, & ab alijs duobus, & viginti Episcopis, plu-
ribusque Principibus, & nobilibus viris.

Tantorum Regum pijssimæ donationes longæua quatuor sæculorum obseruan-
tia, & antiquissima Episcopi Cordubensis superius relata sententia confir-
matæ, tot illustrium Hispaniarum Præsulum interuentu, & subscriptione
munitæ, à duobus Regibus peractæ, quorum alter, ob egregiam morum
sanctitatem Celestium cultu meruit à Sede Apostolica decorari; & alter ob
eximiam scientiarum cognitionem, sapientis cognomentum apud omnes
nationes adeptus est, oppugnantur eo solo prætextu, quod Reges Dona-
tores, eorumque Prædecessores Castellæ, & Legionis Reges facultatem
vnquam habuerint à Sede Apostolica, de his decimis disponendi. At hic
prętensus, qui ex sola donationum obseruantia vltra quatuor sæcula con-
tinuata satis superque iuxta strictas Iuris regulas Priuilegij Apostolici
præsumptionem inducentes, posset dici confutatus; confutatur clarius,
& ipsis nostrorum Regum Donatorum, eorumque Prędecessorum simi-
libus dispositionibus, nisi (quod absit) dicere velimus, impios fuisse
tot catholicos, & pijssimos Reges, & inter illos Sanctum Regem Ferdinan-
dum, & magis impios Religiosissimos, & aliquos ex illis sanctitate; & do-
ctrina claros Episcopos, qui illorum donationes nulla tirannide adacti, vel
metu coacti tot vicibus acceptarunt, vel approbarunt, & denique sui mu-
neris penitus oblitos Summos Pontifices, hæc non corrigentes, quę vti pu-
blicè, & palam cum solemnitatibus recensitis toties peracta ipsi ignorare
non poterant; Cum maximè illis temporibus frequentes missi legantur à Se-
de Apostolica Legati in Hispanias, vt Regnante Alphonso VI. docuimus, CX.
& Regnante Sancto Rege Ferdinando, ac Sedente Innocentio Papa eo no-
mine quarto hoc munere fungebatur (Teste *Odorico Raynaldo in suis An-
nalibus Ecclesiasticis A.*) Desiderius vir Religiosus Pontificis Pœnitentia-
rius, & ante eum eodem munere functum per triennium Sedente Honorio
Papa eo nomine III. Ioannem Cardinalem Episcopum Sabinensem tradunt
Rodericus Toletanus, Garibay, & alij B. Hæc absurda pronunciare opus esset
si facultatem controuersam Reges Castellæ non habuissent, & tamen nec
Reges, vel Episcopos præfatos fuisse impios, imò pijssimos testantur eorum
temporum gesta. Neque Summos Pontifices fuisse desides in asserenda
(vbi opus fuit) Ecclesiastica libertate aduersus Regalem potentiam, con-
stat ex litteris ab ipsis datis ad Alphonsum VI. à quo præcipuas decima-
rum dispositiones, & donationes, emanasse suo loco docuimus, & alijs da-
tis ad S. Regem Ferdinandum ab Honorio IV. anno 1223. de quibus ita CXI.
*Raynaldus, C. Sed ad Honorium reuertor, qui dum Reginaldum Insularum
Regem de Ecclesia optimè meritum laudibus, officijsque exornat, Ferdinan-
dum Castellæ Regem ab officio parumper declinantem arguere compellitur,
quod nimirum annuas, grauesque Segobiensis Ecclesiæ hominibus exactiones
contra ius, fasque extorqueret. Vnde annuos eidem Ecclesiæ census persol uere
nequirent Hæc Raynaldus* ex quibus noscere possumus quanta in illis tempo-
ribus Pontificum vigilantia in Summis Regibus obiurgandis etiam pro mi-
nimis, & si pro minimis quanto magis pro maximis obiurgaturos fuisse cre-
dendum est, si Reges in illis diliquissent.

A. Oderic Raynald. in Annal. Eccl. anno 1243. nu. 18.
Desiderius legatus in Hispan.
Ioannes Cardinalis Sabinensis pariter legatus.
B. Roderic Tolet. de reb Hispan. lib 9. cap. 12.
Garibay compend. Hist to. 2. lib. 12. cap. 48. in fine.

C. Annal. Eccles anno 1223. 54.

Et sanè quis vnquam crediderit, donationes, quas Reges, vt diuini numinis
auxilium sibi conciliarent, & criminum veniam impetrarent facere profi-
tentur fuisse impias, & sacrilegas? & præsertim illas nostrorum Regum,
quas non minus ex insita eorum pietate, quam ex Innocentij Papæ IV. hor-

tatu

tatu processisse colligitur ex litteris ab hoc Pontifice ad ipsos datis anno 1248. tertio Kal. Aprilis, nempè illomet anno quo *Hispalis* fuit expugnata. Illarum tenor relatus *ab Odorico Raynaldo A.* ita se habet *Illustri Regi Castellæ, & legionis, & Nobili viro Alphonso Primogenito suo virtutum Dominus discretionis tantæ gratiam vtrique vestrum contulisse dignoscitur, vt liberè deuotis mentibus agnoscatis, quod suæ Maiestatis oculis, pro eo placiti semper debeatis existere, quia ipse multa, & grandia vestro dominio cum interuentu famosi nominis noscitur subiugasse. Propter hoc itaque secura fiducia magnitudinem vestram affectione, qua possumus rogandam duximus, & monendam in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus Sedes Episcopales Terrarum illarum, quas virtus altissimi principaliter per vestra, & aliorum fidelium victoriosa subsidia de manibus Paganorum eripuit, & ad lucem Religionis Christianæ deduxit de multiplici bonorum vestrorum affluentia pro diuini honore nominis dotare magnificè studeatis, ita quod præsentibus, & posteris nomen vestrum semper effulgeat, & Deo propitio vobis augmentum gloriæ triumphalis accedat; Succedentibus postmodum illis felicibus præmijs, quæ recompensat Regis æterni benignitas, pro fructuosæ operibus pietatis. Datum Lugduni tertio Kal. Aprilis anno quinto.* Hæc Innocentius *Papa*, cuius hortatibus egregiè profectò paruissent nostri Reges, si vt Aduersarij contendunt, decimis ad illos nullatenus spectantibus, cum aliarum Vrbis, & Diœcesis *Hispalensis* Ecclesiarum præiudicio nostram *Ecclesiam* dotassent.

CXII.
A. Raynald. annal. anno 1248. nu. 4.
Epistola Innocentij IV. ad Ferdinandum III. & Alphonsum filium.

Hortantur Reges ad locupletandas Ecclesias.

CXIII.
Diploma B. Pij V. ex quo constat Proceres Castellæ habuisse, & habere ius decimandi.
A. Relat. in libr. Bullar. & Breu status Eccles. Hisp. fol. 42. de quo infra.

Cæterum non tantum Reges, sed ipsos Castellæ Proceres hæc Priuilegia habuisse, constat ex relatis dispositionibus ab ipsis factis Regnante Alphonso VI. & clarius ex diplomate Beati *Pii V.* dato die 24. Martii anno 1572. *A.* cum enim hic Sanctus *Pontifex Philippo* huius nominis secundo pijssimo, & gloriosissimo Regi *Hispaniarum*, vt crassantes hæreses compescere, & extirpare, & ingruentibus Turcarum armis faciliùs obsistere posset, vberiorem decimam, seù decimatorem, cuiuscumque suorum Regnorum *Parochiæ* ad quinquennium concessisset, & quamplures Castellæ, Aragonum, aliorumque *Regnorum* laici in hac concessione comprehensos non esse, contenderent, illos decimatores, qui sibi, non autem Ecclesiarum Rectoribus decimas persoluebant. Hinc Sanctus Pontifex ad omnes dubitationes amputandas, diploma supra memoratum ædidit, in quo hæc ait. *Accepimus sanè, quod licet Decimæ à Iure etiam diuino ad Ecclesias, personasque Ecclesiasticas spectent, & pertineant. In Regnis tamen Castellæ, Aragonum, & Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ, alijsque dominijs, Terris, Oppidis, & locis temporali ditioni charissimi in Christo filij nostri Hispaniarum Regis Catholici subiectis Decimæ huiusmodi etiam à laicis vigore Indultorum, & Priuilegiorum eis, eorumque Predecessoribus ab initio, aut aliàs per Sedem Apostolicam concessorum, possidentur; Nos qui nuper ex certis tunc expressis causis eidem Philippo Regi ad quinquennium &c. primam decimam, quam semel elegisset tritici, ordei, vini, agnorum, olei casei, & aliorum quorumcumque fructuum, & rerum, ex quibus decimæ tam de iure, quam consuetudine, & priuilegio dari, soluique consueuissent, & tenerentur in qualibet Parochia &c. Attendentes facile, esse posse, vt aliquibus vertatur in dubiũ, an sub tali concessione decimæ laicis huiusmodi debitæ veniant, & comprehendantur; volentesque omnem in præmissis dubitationem remouere (litterarum prædictarum tenorem præsentibus pro expressis habentes) motu proprio, non ad alicuis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione & certa scientia nostris, auctoritate Apostolica per præsentes decernimus, & declaramus sub concessione huiusmodi comprehendi omnes, & singulas decimas ex prædictis Parochialibus prouenientes, ex quibus primitiæ percipi, vel subsidia*

Tenor diplomatis, seù Indulti.

dia

dia Ecclesiastica solui solent, & quæ ex indulto Apostolico laicis tam separatim, quam etiam, quæ eis, & quibuscumque locis Ecclesiasticis mixtim, seu etiam per distinctas partes quomodolibet persoluuntur; etiamsi illæ in Terris olim à Mauris, & Saracenis vi bellica recuperata consistant, illasque percipientes laici, vt præmittitur etiam Barones, Comites, Principes, Marchiones, & Duces aut quiuis alij, quantumcumque magni, & quauis honoris prærogatiua fulgentes existunt &c. Hæc S. Pontifex in suo diplomate, ex quo si ius percipiendi Decimas fuisse, & esse dignoscitur penes laicos, non solum Aragonum, Valentiæ, & Cathaloniæ, qui illud deducere potuerunt ex Indulto Vrbani II. sæpius memorato. Verum etiam penes illos Regni Castellæ, & de vno ex his loquendo decisum, etiam fuit anno 1616. in Sacræ Rotæ Romanæ Auditorio; quænam ratio suadet, vt simile ius non habuerint ipsi Reges, quorum auspicijs, & sumptibus Mauri fuerunt expulsi, & qui omnibus alijs hispaniarum, & præsertim Aragoniæ Regibus ditionis amplitudine, priuilegijs, & rerum contra Mauros gestarum gloria præcelluerè.

Decis.702.par.1.gec.

CXIV.

Aduersus hęc omnia, ex quibus vnusquisque diiudicare, valet, an nostri Reges habuerint indulta controuersa opponebatur in contrarijs scriptis S. Regem Ferdinandum ad trienniũ, & Alphonsum X. illius filiũ pariter ad tempus tertias Decimarum à Summis Pontificibus impetrasse. De Primo sic ait *Odoricus Raynaldus B. Contundebat feliciter tunc in Hispanijs Infidelium potentiam Ferdinandus Castellæ Rex, cui Hispalim Christianorum ditioni adijcere meditanti, Innocentius IV. tertiæ partis decimarum medietatem ab Ecclesiasticis illi ad triennium persolui iussit meritisque laudibus illius propagandæ fidei desiderium exornauit &c.* De secunda ità *Mariana C. Decimæ tantum in sumptus belli maurici concessæ sunt tertias vulgo dicimus nimirum decimarum tertia, quam in templorum fabricationes, & sarta tecta consumere moris erat, datum, vt Regium in fiscum inferretur. Lege non in omne tunc tempus lata (sic arbitror) sed ante eorum numero definito &c.* Et vlterius asserebatur quædam confessio Henrici I. Castellæ Regis, quæ ita se habet. *Notum sit omnibus hanc chartam videntibus; quod Ego Henricus Dei gratia Rex Castellæ, & Toleti considerans me peccare grauiter in accipiendo tertiam decimarum Ecclesiarum in meis vsibus expenden. salubri consilio ductus promitto Deo, & Beatæ Mariæ eius Genitrici, & Sanctæ Ecclesiæ, quod nunquam eas de cætero accipiam, nec violentiam super eis inferam Ecclesiasticis, nec super hoc substinebo eis iniuriam inferri; Facta charta apud Soriam Reg. exp. 15. die Februarij Era 1255. scilicet anno 1217.*

B. Oderic. Raynald. annal. Eccles. anno 1247. n 18.

Indultum tertiarum cõcessum Ferdinando III. anno 1247.

C. Marian. de rebus Hisp. lib. 13. cap. 22. in fin.

Aliud consensum Alphonso 10. anno 1275.

CXV.

Huic confessioni, siuè cedulæ, quę habetur registrata in quodam libro impresso *Mantuæ Carpetanorum anno* 1666. cuius titulus est. *Nueua impression del libro de Breues, y Bullas Apostolicas tocantes al Estado Ecclesiastico &c.* Addebatur diploma siuè Epistola Gregorij Papę registrata in eodem libro. A. Ita loquens *Gregorius Episcopus Seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Toletano, & suffraganeis eius, ac alijs Episcopis in Regno Castellæ constitutis salutem, & Apostolicam benedictionem: quanto charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Illustrem Regem Castellæ pleniori charitate diligimus, tanto studiosius his, quæ contra suam salutem faciunt, & honorem obuiare debemus, nè per dissimulationem nostram talibus assuescat eiusque præfatum dominum de manu nostra requirat, cum ergo idem Rex occupare dicatur decimarum tertias Ecclesiarum fabricis deputatas, & eas non sine offensione diuina suis vsibus applicare, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ipsum Regem, vt ab hu-*

A. Libr. Breu. & Bullar. fol. 160.

Epistola Gregorij Papę.

iusmodi vsurpatione desistat, moneatis prudenter, & efficaciter inducatis ipsarum Ecclesiarum Rectoribus districtius inhibentes, ne Baliuis Regijs ipsas praesumant tertias exhibere. Dat. Lateranen. 14. Kal. Maij Pontificatus nostri anno primo. Hactenus Gregorius Papa. Ex quibus omnibus inferebatur frustra prætendi Reges Castellæ habuisse ius percipiendi, & donandi integras decimas, dum illarum tertias ad tempus impetrarunt à Sede Apostolica Ferdinandus, & Alphonsus filius, & Henricus immediatus Sancti Regis Prædecessor grauiter peccasse fatetur huiusmodi tertias percipiendo, ipseque Sanctus Rex Ferdinandus monitus perhibetur in d. Epistola Gregorij, vt ab illarum indebita perceptione se abstineret. De hoc enim Rege loqui epistolam Gregorij dicebatur in contrariis scriptis; At nè quisquam hoc specioso argumento allucinetur, opere pretium erit aliqua de tertiis obijcere.

CXVI. Tertiæ Decimarum sint.

Decimę in Hispanijs in nouem partes diuiduntur, quarum tres noueni (vt vtar verbo in his materijs ab Authoribus Hispanis vsitato) tertiam illarum partem constituunt. Hęc tertia pars assignari & deputari consueuit pro reparandis fabricis illius Ecclesię Parochialis, intra cuius limites decimę percipiuntur. Alię vero duæ tertię partes, nempè sex noueni spectant ad Dominos ipsarum decimarum, qui siue Ecclesiastici, siue Sęculares, de illis ad libitum disponunt. Ex illa tertia parte Ecclesiarum fabricis deputatæ; soliti fuerunt Hispaniarum Reges impetrare à Sede Apostolica quandoque medietatem, *vt ex Oderico Raynaldo* impetrasse vidimus Sanctum Regem Ferdinandum, & quanpoque duas partes, videlicet duos nouenos, qui Alphonso, alijsque posterioribus Regibus ad tempus, deinde successu temporis ab Alexandro Papa eo nomine VI. fuerunt in perpetuum sub nomine tertiarum concessi Ferdinando, & Elisabethæ Catholicis Hispaniarum Regibus, eorumque successoribus. *B.* quę Tertię *à Castill. in suo tract. de tertijs. C. & in legibus partitarum ab ipso relatis Hispano idiomate dos nonenos* appellatæ fuerunt, deinde semper exactę, & hodie exiguntur à Serenissimo Rege Catholico. Tertiarum vero nomen crederem deriuatum ex eo, quia ex dicta tertia decimarum parte exiguntur.

Bulla Alex. VII. registrata in lib. Breu. & Bullar. supra cit. fol. C. Castill. de tertijs cap & nu. 3.

Ex his ita explicatis sequitur, quod licet Reges haberent ius percipiendi decimas ex Terris ereptis è manibus Saracenorum, tamen postquam illæ fuerunt assignatę, & deputatæ pro Fabricis Ecclesiarum, prout constat fuisse deputatas illas concessas Ferdinando, & Alphonso, & alias nominatas in confessione Henrici, & epistola Gregorij Papę, nullum profectò Ius super huiusmodi decimis in Ecclesiarum dominium iam translatis Reges pretendere poterant, & proinde iure meritò opus habuerunt nouo Indulto pro earum licita perceptione, etsi aliquando eo destituti illas percipere ausi sunt, piè quidem se grauiter peccasse fassi sunt, & Iure à Summo Pontifice fuerunt moniti, vt ab huiusmodi perceptione desisterent. Vnde attenta patenti diuersitate harum decimarum, Tertiarum vulgo nuncupatarum, quæ ab ipsismet Ecclesiarum Rectoribus in omnibus Hispaniarum Prouincijs, & locis, siue recuperatis è manibus Saracenorum, siuè numquam deperditis Regi soluuntur, & soluebantur ab alijs decimis, quas Reges mediantibus suis Almoxarifis, siuè Thesaurarijs generalibus exigebant ab Incolis locorum Mauris ereptorum, & donarunt S. Ecclesiæ Hispalensi. Corruit suo marte illatio exclusiua legitimæ authoritatis nostrorum Regum, qui respectu iuris percipiendi, & distribuendi has decimas adhuc Ecclesijs non applicatas, seu donatas, deduci pretenditur ex impetratione præfatorum Indultorum, confessione Henrici Regis, & epistola meritoria Gregorij Papæ. Imo ex his fortius

CXVII. Differentia inter tertias, & decimas supra donatas.

emer-

emergit argumentum impugnatę authoritatis. Qua enim ratione, seù verisimilitudine asserere possumus ambos *Reges* donatores, qui pro exigendis tertijs Ecclesiarum fabricis deputatis necessarium existimarunt, impetrare Indulta à Sede Apostolica, voluisse reliquas *Decimas* vsurpare, si reuera earum dominium ex præcedentibus Indultis ad ipsos non spectasset? & si epistola superiùs relata fuit, vt Aduersarij contendunt scripta à Gregorio *Papa* Nono, & per consequens Ferdinandus Castellæ Rex, qui in ea moneri præcipitur, fuit noster Sanctus Rex Ferdinandus, qui (nisi impijssimum fuisse dicat hunc Sanctum Regem) asserere poterit eumdem semel monitum post annos viginti, & vltra, & paulò ante obitum, vti absolutum Dominum sine vllo Priuilegio Apostolico de Decimis disposuisse, tàm in legibus, seù foris traditis Vrbi Hispalensi, & Carmonæ, quam in donatione de qua tractamus? & hęc quatenus epistola scripta probaretur à Gregorio Papa Nono; sed de hoc nullum hucusque documentum affertur. *E*x illius namque exemplo cuius namque tenorem superius retulimus, colligi nequit qualis Papa Gregorius nuncupatus fuerit Author epistolæ, nimirum an Sextus, vel Nonus, qui ambo Vniuersali Ecclesiæ præfuere, Regnantibus in Castella Ferdinando eo nomine primo, & nostro Ferdinando Tertio. Vnde in hac ambiguitate, certò credendum est huiusmodi epistolam fore potius ascribendam Gregorio Sexto, quam Nono. Ad hoc enim magis credendum inducimur. Tum ex illibata Ferdinandi Tertij sanctitate, quem adeo abhorruisse à rerum *E*cclesiasticarum vsu, constat ex actis *A*postolica authoritate compilatis pro illius Beatificatione, vt cum in obsidione *Hi*spalensi summa pecunię inopia pręmeretur, hortatus, vt in iustissimi pro Religione belli sumptos Ecclesiarum thesauris, quas ipse largiter ditare erat solitus, vti vellet, notabile, & tanti *R*egis sanctitate dignissimum responsum dedit, Sacerdotum præces Ecclesiasticis Thesauris potiores existimare; Tum ex verisimilitudine. Gregorius enim Papa Nonus ad Summum Pontificatum euentus est die vigesima Martij anno 1227. epistola vero scripta legitur die 16. Kal. Maij Pontificatus anno Primo; quę si esset referenda ad eumdem Gregorium Nonum, fateri opus esset eam fuisse scriptam die 17. Aprilis anno 1227. qui erat primus annus Pontificatus, sicque post dies 27. à die creationis eiusdem peractę (vt diximus) die vigesima mensis Martij præcedentis, quod ab omni verisimilitudine alienum videtur propter nimiam temporis breuitatem, quę inter creationem, & epistolæ scriptionem intercessisset. In septem namque & viginti dierum interuallo Tabellarij vix Nuncium perferre poterant in *Hi*spanijs Gregorium fuisse creatum Pontificem, vt inde de grauamine, quod inferri dicebatur à *R*ege in exactione Decimarum certior reddi posset. *H*æcque inuerisimilitudo augetur ex lectura Annalium *Odorici Raynaldi*. B. qui licet exactissimè referat diplomata, & litteras ab hoc Pontifice datas ad Reges, Principes, & Episcopos, prout etiam gesta nostri Sancti Regis, nullam de hac epistola mentionem facit. Viceuersa si illa ascribatur Gregorio VI. *Hic*, vt habetur *ex Platina*. C. fuit creatus Pontifex die 1. Maij anno 1045. siue, vt opinatur *Baronius* dicto anno 1044. & tenuit Sedem annos duos, & menses octo, epistola vero, vt præfertur, fuit scripta die vigesima Martii, quæ proinde cadebat in fine primi anni Pontificatus huius Gregorij. Vnde verisimilius est fuisse ab eodem scriptam tempore Ferdinandi I. qui hisce temporibus in Castella regnabat. *E*.

CXVIII.
Epistola non fuit scripta à Gregorio IX.

A. Platin. in eius vita, & alij.

B. Anno 1227. & seqq.

C In eius vita.
D. Anno 1044.

E Marian. & alij Scriptores Hispan.

Hęc

Hæc ex authenticis documentis, & illustrium Scriptorum traditionibus desumpta, in medium proferre visum est, vt summa Castellę, & Legionis Regum Serenissimi Catholici Monarchæ Progenitorum Dignitas, & Potestas, publicis Aduersariorum scriptis imminutę, eorumque pietas, & munificentia impietatis nota obumbratæ, hoc publico scripto ab obiectis vindicatæ omnibus innotescant.

D.Rodricus de Quintanilla Archidiaconus de Xeres Dignitas, & Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ Hispalen.I.V.D.

NEAPOLI. M.DC.LXXXI.

Superiorum Permissu.